RTHOLOMÆI

ROMVLEI

FLORENTINI CLA-
riſſimi Iuriſconſulti, in Academia Ingol-
ſtadienſi Profeſſoris ordinarij,

Commentatio ſeu Repetitio ad Rubr. & L. j. de acqui. vel amit. poſſeſ. Qua ſubtiliſsima ſimul, & vtiliſsima poſſeſsionum materia continetur, atque explicatur.

LVGDVNI,

Apud IACOB. GVICHET

1561

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

13.8.A:6

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC Domino, Domino Micaëli à Kienburg, DEI gratia Archiepiſcopo Salisburgenſi, & Apoſtolicæ Sedis Legato, Domino, ac Mecœnati ſuo ſumma obſeruantia colendo,

S. D.

QVONIAM *homines hominum cauſa, quemadmodum Cicero eloquentiæ princeps in officijs ex Stoicorum ſentētia præ-*
lare monet, ſunt generati, vt ipſi inter ſe
lij alijs prodeſſe poſſent: ſicut etiam Pla-
ad Archytam ſcribit, vt non ſibi ſoli
natum hominem meminerit, ſed patriæ,
ſuis, in animum induxi meum, omninò
rpe eſſe, & hominis nomine indignum,

ocioſam agere vitam, & non ſemper aliquid agere, quo alijs & Reipub. prodeſſe queam. Quamobrem cùm iam perplures annos apud Germanos manſerim, Reuerendiſsime & Illuſtriſsime Princeps, apud quos adeò humaniter & benignè tractatus fui, vt pluries in animum induxerim apud hanc nobiliſsimam, & omni laude dignam nationem vitam omnem tranſigere, atque emori, deſideraui lucubrationes meas, qualeſcunque ſint, pluribus Germaniæ Principibus dedicare, vt magis eis innoteſcerem, & operam eis meam locarem: quod quidem hactenus idque propterea cumprimis feci, vt me non fruſtrà tempus conterere, & ocioſam vitam agere viderent, vtque meæ reddere aliquam rationem vitæ poſsim. Quid enim eſt perpetuò in ſcholis commorari, docere tantùm, & non alia monumenta ſuorum laborum relinquere, per quæ poſteritas omnis adiuuetur, excitetur, vt maiores etiã

noſtri

noſtri Iuriſconſulti fecerunt, quorum & nomina plura ſunt, & florens perpetuò ſtabit memoria. Idcirco cùm ſuperioribus diebus Auguſtæ eſſem apud tuam Celſitudinem, adeò humaniter, & liberaliter mecum egit, vt cogitarem quomodo, & qua via, ne ingratus eſſem, T. C. poſſem animum meum promptiſsimum oſtendere, & maximè cùm ſciam eandē omni doctrinæ genere, & virtute ornatam eſſe, doctoſque viros fouere, & amplecti, in diuerſis Gymnaſijs plures ſtudioſos alere, & ingenioſos pauperes ad aliquod virtutis culmen promouere. Vtinam multos tales Principes Germania haberet, qui adoleſcentum pauperum ingenia promouerent, ſiquidem hoc non ſolùm pium eſt officium, verùm ad Chriſtianā Remp. vtiliſsimum. Nam, vt dicebat ille, hominum virtutib. totus orbis illuſtratur. Virtutes enim regunt & gubernant orbem, Imperia, Regna, Reſpublicas, abſque

virtute gentes feræ ſunt & barbaræ. Videmus quotidie feras nationes virtute quandam ad politiam reduci. Propterea laudanda eſt T. C. ſi ſic vt incœpit, pergit ſtudia promouere. Quid enim digni us, & laudabilius tua Celſitudine eſſe poſſit, præſertim his turbulentiſsimis temporibus, quæ magnam peritiam requirunt ad compeſcendas hæreſes, eradicandáſque malas ſectas, quæ præſertim in Germania quotidie exoriuntur, ac pullulant. Propterea tu, qui es ſupremus in Germania Antiſtes, ex officio teneris, hæc omnia ſicut facis, agere, vt inferiores excitentur, & tua veſtigia ſequantur. Non poteſt melius medicamen reperiri, quàm doctos viros promouere in Germania, qui cum Eccleſiæ Romanæ hoſtibus certare valeant, & doctrina eos armatos eſſe oportet, vt eos doctrina, & probitate, & bonæ vitæ exemplis ad veros religionis tramites reducere poſsint, & vnus paſtor, atque vnum

ſit ouile in Germania, et ne greges vt videmus, aberrent, ſub alijs paſtoribus. Nam aliàs Satanas, vti lupus furiens eos facilè deuorat, & laniat. Quid dicam de animi tui infinitis dotibus, quibus T. C. ornata eſt, & excellit? Quid porrò multa dicam de iuſtitia erga tuos ſubditos? Et quidem meritò, cùm optima in Iuriſprudentia fundamenta ieceris: cùm in alma Ingolſtadiana Academia, vbi ſemper leges floruerũt, Iuriſprudentiæ operam dederis, & nõ mediocres fructus deportaris. Quod attinet ad vitam, moréſque T. C. non opus eſt, vt multa dicam, cùm nullum eſſe credam, cui non integritas, puritáſque vitæ tuæ, atque mores inculpatiſsimi ſatis noti atque perſpicui ſint: cúmque per tot peractos annos T. C. apud omnes eo loco, numeróq; fuerit, vt inter Præſules Germaniæ in maximo honore habita fuerit. Ob quam quoque cauſam propter infinitas virtutes, & animi dotes, quæ in te

elucent. Eccleſia Saliſburgenſis ad ſupremos honores te vocauit, vt eam regeres & ornares, quæ opibus, potētia inter alias infima nō eſt. Quare hæc mea Cōmentaria in Rubr. & L. j. de acquir. poſſeſ. T. C. dedicare volui, quæ ſubtiliſsimam in Iure noſtro, & vtiliſsimam materiam continet, & quæ in forenſibus cauſis quotidiè verſatur. Vt plurimùm enim à partibus litigantibus contenditur de iudicio poſſeſſorio, & petitorio, & poſſeſſorium iudicium cunctis præfertur. Nam Caij. I. C. lib. 7. ad edict. prouin. conſilium fuit, vt ſemper oēs poſſeſſorio iudicio agere conaretur: Magis enim nobis expedit ſuper poſſeſsione agere, quàm ſuper petitorio, cùm ius probandi in aduerſarium transferatur, & dominij difficilis ſit probatio. Propterea T. C. hæc commentaria protegere velit: Cum etiam ab alijs Legumlatoribus obſeruatum fuerit, vt ſuas leges, quò ſanctiores haberentur, ad aliquod nu-

V

numen contulerint, ſicut Minos, Lycurgus, Solon, & Numa Pompilius, qui Ioui, Apollini, Mineruæ, & Aegeriæ Nymphæ ſuas ſanctiones acceptas tulerunt, & ſub earum patrocinio collocârunt. Etſi meas lucubrationes eidem arridere perſpexero, forſitan T. C. me in futurum ad maiora prouocabit, quæ magis placebunt. Scio enim ſub T. C. numine facilè me à cenſorib. & maleuolis hominibus defendi poſſe, ne eorum dentes mordaces vereri neceſſe ſit. Nihil enim aliud quidam homines agunt, quàm quòd aliorum ſcripta redarguunt, ipſi verò in arena comparere non audeant, ſolùm lucrum præ oculis habeant, & in forenſibus cauſis occupentur, dummodo crumenas repleant, neque ad aliorum vtilitatem tendunt, ſed ſibi, ſuiſq; ſolùm proſpiciunt. Ego autem non tam mihi, meiſque prodeſſe ſtudui, quàm publicam vtilitatem, ſtudioſorúmque commodum ſpectaui, quod & in futurũ quoad

rũ quoad vixero, faciam. Poſtremò hoc vnum precor, vt te nobis Ieſus Chriſtus, ac Reip. diutiſsimè in multos annos incolumen conſeruet.

R. C. T.

Deditiſs.

Bartholomæus Romuleus.

138.6A

IN CLARISSIMI IVRISCONSVLTI DOMINI BARtholomæi Romulei Florentini in Academia Ingolſtadienſi Profeſſoris Ordinarij, Præceptoris ſui ſummè colendi commentaria, carmen gratulatorium Sebaſtiani Preu Straubingenſis.

EST ingens donum rerum poſſeßio iuſta,
A non legitima nota quod eſſe poteſt.
Hinc etenim leges manant, hinc Iuris origo,
Has Deus impreßit pectore noticias.
Hinc eſt iudicium nobis iuſtique bonique,
Hac vna vncit mens ratione feras.
Rebus & in cunctis vult conſeruetur vt ordo
Diſcrimen recti, quiſque ſcit atque mali.
Quilibet hinc nouit quid conſeruatio poßit,
Hinc certis rebus ponit vbique vices.
Contractus illis, & permutatio rerum,
Fontibus exoritur, firmaque iure manet,
Dic quoque quanta foret rebus confuſio cunctis,
Si quod poßideat nullus habere queat?

Quas

Quas Anabaptiſtæ mouerunt vndiq; turbas?
Hi quicquam proprij dum nihil eſſe volunt.
Proh quàm magna foret rerum confuſio, ſi non
Poſſeſſor rebus poſſet adeſſe ſuis?
Alter ab alterius non poſſet fraude cauere,
Eriperent fures quicquid haberet inops.
Sed quia materia eſt grauis hæc ignotaq; multis,
Inter Doctores quæ dubitanda venit.
Eſt argumento (ſiquidem ſubtilis in ipſo,
Hácq; magis ſenſus, quã bona ſcripta docẽt.
Inſuper illa frequẽs, magno quoq; habetur in vſu
His, qui ſectantur ſplendida iura fori.
Et quoniam facili caſu labuntur in iſto
Doctores pugnant, ambiguúmque tenent.
Ergo Romuleus doctorum ſcripta reuoluens,
Huic legi lucem contulit inde ſuam.
Et quanquam plures huic commentaria legi
Conati, meritum reddere ſintque decus,
Ingenij monumenta ſui (quod acumine clarum
Extitit) haud ſegnes hoc poſuere loco:
Attamẽ hic author per plurima ſcripta reuelat
Nubibus obſcuris quæ latuere diu.
Hic ſimul explanat Doctorum errata, docétque
Quis verus legis ſenſus, & ordo ſiet.
Ergo Romulei læta nunc fronte laborem
Accipe, quem ſudans compoſuitque vigil,
Qui

Qui tibi conatur quoniam prodeſſe, labori
Non parcit, fructum negligit atque ſuum.
Tu modo quiſquis eris Iuris ſtudioſus alumnus,
Sedulus hæc tanti perlege ſcripta viri:
Qui tibi demonſtrat quà recto tramite pergas,
Exhibet & veluti Dædalus alter iter.
Sic habitos poteris cognoſcere ritè labores,
Huic fidóque voles gratus adeſſe viro.
Sic quoque cognoſces quæ ſit poſſeſſio iuſta,
Illius & leges. Lector amice Vale.

17.8.A.6.

13-8-A-6

BARTHOLOMEI RO-MVLEI FLORENTINI AD Rub.&.l.j.in prin. de acqui.vel amitten. poſſeſ. Commentatio ſeu Repeti-tio.

SVMMARIA.

1 *Definitio dominij.*
2 *Autoris obiectiones ad Bart. & DD. omnium dominij definitionem.*
3 *Defenſio nonnullis tamen additis in Bart. definitione.*
4 *Alia noua dominij definitio.*
5 *Dominium duplex eſſe omnes vno ore aſſerunt.*
6 *Vnicum eſſe dominium author aſſerit, Germani doctoris antiqui ſecutus ſententiam, licèt ab omnibus exploſam.*

A

7 *Ea quæ differunt per plus & minus non conſtituunt differentiam in ſpecie.*

8 *Rubricæ continuatio.*

9 *Authoris noua ratio ad continuationem.*

10 *Eiuſdem in genere doctrina ad omnium Rubricarũ continuationem.*

11 *Dominium de iure gentium firmius eſſe.*

12 *In Principis reſcriptis ſemper præſumendam eſſe iuſtam cauſam, quomodo accipi debeat.*

13 *Cõtrariorum eandem eſſe diſciplinam quomodò accipi debeat.*

14 *Contrariorum eadem eſt diſciplina, quoad cognitionem.*

15 *Item quoad iuris diſpoſitionem, ſupra dicta regula intelligitur.*

16 *Quando diuerſa eſt ratio, tunc contrariorum non eſt eadem diſciplina.*

17 *Item intelligitur quoad poteſtatem.*

18 *Statutum prohibens ſororẽ ſuccedere fratri, an eodem modo fratrem ſorori ſuccedere interpretetur.*

19 *In correlatiuis quod diſponitur in vno, cenſetur diſpoſitum in alio.*

In Prin

20 *In Principis priuilegiis ſemper interpretatio facienda eſt, vt ceſſet iniquitas.*

21 *In ſtatutis non habet locum argumentum à contrario ſenſu.*

22 *Bal. ſententiam in ſuprad. ſtatuto non habere locum econtrà author tuetur.*

23 *Authoris noua declaratio ad l. maximum vitium. C. de libe. præter.*

24 *Intellectus nouus ad l. proſpexit. qui & à quibus.*

25 *Statutum Parmenſe prohibens maritum relinquere vxori, an locum habeat ecõtrà.*

26 *Dictum ſtatutum author interpretatur è contrario procedere.*

27 *Intellectus l. ex facto in prin. de vulg. & pupill.*

PRAESENTI anno tractandum eſt de vtiliſſima & quotidiana materia poſſeſsionis, quæ in forenſibus cauſis vt plurimum verſatur. Plures effectus parit poſſeſsio. Nam ex ea tam dominium de iure gentium, quàm de iure

Ciuili initiũ habuit. De naturali poſſeſsiõe habetis text.in.l.j.ti.noſtri. De Ciuili dñio eſt text.in.l.ſine poſſeſsione,quẽ glo.hîc ad ducit,de vſucap.ti.proxi.Maximũ enim cõ modũ, vt Imperator inquit,ad fert poſſeſſio. in. §. commodum. inſt. de interdictis. Quia in dubio ſemper pro poſſeſſore iudicatur c.ſi à ſede.de præben. lib. vj. Et quia in materia noſtra ſepiſsimè fit mentio dominij,ad intellectum poſſeſsionis, ideò non incommodè prius dicẽdum erit,quid ſit do minium, & quotuplex ſit. Circa primum
1 † ſciẽdum eſt quòd Iuriſcõſulti non poſuerunt definitionem dominij:ſicut nec poſuerũt definitionem poſſeſsionis. Et propterea non mirum eſt: ſi vt Accur. dicit in. l. ſtipulatio iſta. §.hæc quoque. de verb. oblig. peritiſsimi Doctores errarunt in eius definitione. Bart.tamen in.l.ſi quis vi.§.differẽtia, Sic eam poſuit, eod. ti. noſtro. *Dominium eſt ius de re corporali perfectè diſponendi, niſi lege prohibeatur.* Singula verba Bart. declarat: primò dictum eſt ius ad differentiam ipſius rei corporalis, quę eſt facti: & ideo dicitur in Rub. Quòd aliud ſit dominium,quàm res ipſa, & ad hoc adducit tex. in l.

in.l.& an eãdem.§.actiones.infra de excep. rei iud. Dictum eſt. *De Re Corporali*, ad differentiam incorporalium, in quibus non habet locum dominium propriè.l.iiij. & ibi not. de vſufruct. dictum eſt, *Perfectè diſponendi*, per.l.in re mandata.C.Manda. & in.l. dudum.C.de cõtract.empti:vt quilibet ſit arbiter, & moderator rei ſuæ, & liberè poſsit de rebus proprijs diſponere.vt I.C.in quit in.l. Non vſque adeò.Si quis à par.fuerit manumiſſ.&.l.ex facto.in princ.de vulg. & pupil.ſubſt.Non dictum eſt,ius inſiſtendi: ad differentiam poſſeſſionis, quæ facti eſt.Dictum eſt,niſi lege prohibeatur,ad differentiam illorũ qui à lege prohibiti ſunt, qui licet ſint domini: alienare tamen non poſſunt. vt puta pupilli,prodigi, & ſimiles. Iſta definitio † pluribus modis procedere non poteſt, & imperfecta videtur: primò, quia emphyteuta,vaſallus, & ſimiles ſunt domini: vt apparet in. l. poſſeſſores. C. de fund.patrim.li.xj. Sic & de feudatario eſt tex. in.c.ij. de inueſtit.de re. alie. fac. & tamen illæ perſonæ non poſſunt diſponere,& alienare: vt in.l.j.ij.& iij.C.de iur.emphyt. & de feudatario patet in tit.de prohib.feu.

alie. per Federi.& Loth.per totum. Secun
dò imperfecta eſt defini.Bart. quia conſide
ratur dominium,& tamen nõ habet poſſeſ-
ſionẽ:vt eſt text.in.l.in rẽ.cum alijs.ſ.de rei
vendi.Tertiò imperfecta eſt defi. Bart. dũ
in fine dicit, *Niſi lege prohibeatur*. Nam &
homo prohibere poteſt,vt dominus rei alie
nare non poſsit: ſcilicet, quando teſtator
prohibeat bona alienari in infinitum extra
familiam ratione agnationis cõſeruandæ.
quo caſu teſtatoris præceptum valet & te
net:vt eſt text.in l.filiusfamil.§.diui. Seue-
3 rus.de leg.j. Defendẽdo † verò definitionẽ.
Bart.ab omnibus receptam, reſponderi po
teſt ad primam obiectionem, quòd Bar.ta
citè videtur ſentire, & remouere dictam
obiectionem, dum dicit, *perfectè diſponen-
di.* in quo verbo excluduntur domini v-
tiles,vtpote, Emphyteuta, vaſſallus, & ſi-
miles qui non perfectè diſponendi faculta-
tem habent. Ad ſecundam verò & tertiam
obiectionem neceſſe eſt fateri noſtras obie-
4 ctiones. Et ergò † addendum eſt definitio-
nì Bart. *Diſponendi vel vendicandi.* vt ipſe-
met Bart melius ſentiens in. l.j.nu. 6. hoc
titul.dicit dominium differre à poſſeſsione
in

in modo diſponēdi,& rē vēdicandi.Item vt
addatur neceſſe eſt, *niſi lex vel homo prohi-*
buerit. Quoad ſecundum quæſitum, Bar.
in.d.§.differentia dicit duplex eſſe dominiū
5 †& nō vnicum:prout nónulli doctores anti
qui volebant, & quidam doctor Germa-
nus, cuius ſententiam refert ibi Bart. non
tamen adducit quibus rationibus mouere
tur prędictus doctor Bart.tamen ab eorum
ſententia recedit, & doctores omnes in-
differēter eum ſequūtur,ita vt nō facilè ali
6 quis reperiatur contradictor †. Atque vide
tur & mihi ſententiam Germani doctoris
de iure veriorem eſſe:& primò probari per
ipſius definitionem Bart.quę declarat quid
ditatem, & ſubſtantiam rei definitæ.vt pa-
tet in.l.j. vbi aliàs diximus ſuprà de teſta.
ponitur enim in ea, *ius rectè & perfectè diſ*
ponendi. Per quæ verba excluduntur do-
mini vtiles: quum in eis non habeat locum
definitio: vtpote quibus de rebus ſuis per-
fectè diſponere non permittitur.Et pro hac
ſentētia eſt caſus in.l.j.§.qui in perpetuum,
ſi ag. vectig.vel emphy. peta.dum I. C. ibi
ſimpliciter dixit, *licèt domini non ſint*. Et
ſic apparet verum adhuc & vnicum domi-

nium ſecundum definitionem ipſius Bart' eſſe. Ad idem facere videtur text. in. l. in rẽ de rei vendi. dum ſimpliciter dicit, *Dominium tam de iuregẽtiumquàm de iurè Ciuili alicui contingere.* Facit etiam ratio, ſi conſideramus originem, vnde prouenerit dominium. Sed apparet ex naturali poſſeſsione id initium habuiſſe vt I.C. noſter in. l. j. infra eod. tit. dicit. Ad idem quòd non ſit duplex dominium, & per conſequens neque duæ ſpecies dominij, commodiſsimè hoc adduci poteſt, quòd dominium directum,
7 & vtile differunt per plus, & minus † Ea verò quæ differunt per plus, & minus, non cõſtituunt diuerſas ſpecies. l. fin. de fund. in ſtruc. & nota. gl. in §. fi. inſt. de iure pſo. quod licet ſerui quidam albi ſint, quidam nigri, non tamen differunt in ſpecie: Nam accidens nõ inducit diuerſitatem in ſpecie. Vltimo loco probatur iſta ſentẽtia: Nam feudatarij emphyteutæ, & ſimiles perſonæ habẽt perpetuo ius vtẽdi, & fruendi: Quia perpetuò ſunt ipſi, & hæredes eorum vſufructuarij. Sed vſufructus non eſt dominium, neque pars dominij. Vt I.C. inquit in lege recte dicimus, de verb. & re. ſignificatione, ideò

prædi

prædictæ perſonæ de proprietate,& ſtricta ſignificatione non ſunt domini:ſed improprie domini dicuntur nonnũquam ab Imp. licet propriè non ſint:vt apparet in d.§.qui in ꝑpetuum.Et quòd hoc ſit verũ, ꝓbatur optime ex tex.quem Bar. pro ſe adducit,in cap.j.de inueſti.de re alie.facta.vbi appellatur vaſallus,tãquam dominus, nõ tm̃ ſimpliciter dñs:Quia dictio illa,tanquàm improprietatẽ denotat, &hoc modo rñdetur ad oĩa iura quę adducit Bart.in d.§.dña.

Venio ad gl.in Rub.noſtra, que diuiditur in duas partes.In prima ponit cõtinuationẽ:in ſecunda per viam notabilis ſecundum Bar. reſpõdetur quęſtioni, ſed melius Iaſon hîc animaduertit non notare Accurſium hîc,ſed remouere contrarium.

5 Circa primam partẽ†Gl.hîc cõtinuat titulum noſtrũ ad titulũ præcedentẽ:vt hic ꝑ eam.Contra hãc tamẽ cõtinuationẽ gl.inſurgit hîc Aretin.quòd cõtinuatio gl.nullo modo procedere poſsit:quia attẽta ratione ipſius ſequeretur quòd præcedere debuiſſet titulus noſter etiam pręcedentem. eo quia poſſeſsio non ſolum neceſſaria eſt ad vſuſcapionem perficiendam. d. l. fine

poſſeſsione. verumetiam ad acquiſitionem dominij de iure gentiũ, de quo loquitur Titulus precedens. Et iſta obiectio licèt Aret. non dicat, fuit prius Albe.de Roſa. hîc.

Aretinus ad tollendam iſtam difficultatem duobus modis reſpondebat. primò, quòd ad ſubſtantiam acquiſitionis dominij de iuregentium non ita requiratur poſſeſsio, ſicut ad eſſe vſucapionis. d. l. ſine poſſeſsiõe. Nam ex traditione poteſt trãſferri dominium, poſito quòd tradẽs nõ ſit dominus. adducebat text. in. l. qui fundum, qui eſt ſing. de fun. dotal. Et iſta reſponſio fuit quoque Alberici. Iaſon verò hîc dãnat hãc reſponſionem, quia dominium de quo loquitur titulus precedens non poteſt acquiri ſine apprehenſione, vel occupatione. d. l. j. infrà eod. tit. Item dato quòd dominiũ interdũ acquiratur abſque traditiõe. prout plures ſunt caſus in l. ſi ager. de rei vend. & ibi per glo. tamen illis caſibus non dicitur acquiri dominium de iure gentium, ſed de iure Ciuili. Iſta reſponſio Iaſonis à nonnullis recentioribus damnabatur: quia & in tit. precedenti ſunt caſus, in quibus dominium acquiritur abſque apprehenſione naturali.

l. adeò

l. adeò. §. inſulæ. l. qua ratione. §. literę. Sed præceptores mei Florentini hîc reſpondebant, quòd materia noſtra principaliter loqueretur de acquiſitione dominij, in qua interuenit factum hominis. In illis verò caſibus non interuenit factum hominis, vt puta, quando nobis acquiritur per alluuionem, quia hominis factum non interuenit: prout dicebat Bar. in Tracta. Tyberiad. in verbo, *Agro noſtro*. Secunda erat reſponſio Areti. ideò præceſsiſſe titulũ de acqui. rer. domi. quia dominium & poſſeſsio originem trahunt à iure gentium: vt patet in d. l. j. eod. tit. noſtro. Sed dominium eſſet dignius & nobilius poſſeſsione: vt in l. j. C. ſi de momen. poſſeſſ. appel. fuer. poſſet etiam adduci text. in d. l. ſi quis vi. §. differentia. infrà eod. tit. noſtro. vbi dignius cenſetur dominium poſſeſsione. Succedit regula ſecundum Aret. vt præcedere debeat id, quod eſt dignius. §. ſingulorũ. inſt. de rer. diuiſ. & l. j. & ij. de albo ſcriben. Iſta ſecunda Aretini ratio damnatur quoque hîc per Iaſo. Nam licet origine ſint æqualia, tamen poſſeſsio, vti cauſa dominij, prius pręcedere debuiſſet. facit pro hac ſententia illius argumen

gumen.l.licet.§.ea obligatio.de procur.Réfert Iaſ.hîc quoſdam tertio loco reſpõdere quòd titulus noſter poſitus ſit in medio,ad hoc,vt referatur tã ad præcedentem,quàm ad ſequentem titulum argu.l.iij.§.filius,de libe.& poſthu. reprobatur etiam iſta ratio, eo quia potuiſſet præponi titulus noſter ad præcedẽtem titulum:& hoc modo vtrique conueniſſet. Nos alio modo defendemus iſtorum ſententiam, qui rationem non adducebãt. Iaſ.poſt prędicta rurſus opponit: & dicit Imperatorem cõtrarium obſeruaſſe in.C.cùm prępoſuerit titulum de vſucapio.Nam Iaſ.hîc hæc omnia diſſoluiſſe videtur,vt hîc per eum,qui dicebat,quòd in vſucapione requiratur poſſeſsio continua:ſcilicet quandoque x.quandoque xx. & interdum triennium in rebus mobilibus. In acquiſitione verò dominij de iure gentium vno & eodem tempore exoriri dominium, & poſſeſsionem:neutrumque ſic ab altero ſeparatum,ad quod ponderabat.l.noſtrãm in fi.ibi,*Protinus*.Iſta ſol.non tollit contra-
9 rietatem,& difficultatẽ † propterea proba bilius dici poſsit, quòd ideo I.C. poſuerit Rub.noſtrã in medio, inter titul.præceden

tem,

& ſequentem,eò quia in titulo noſtro ponitur poſſeſsio naturalis,& poſſeſsio Ciuilis. Naturalisſola poſſeſsio ſufficit quoad titulum pręcedentem, neq; eſt , neceſſaria Ciuilis poſſeſsio, in titulo verò ſequenti omnino neceſſaria eſt Ciuilis poſſeſsio: quia vſucapio non perficitur, niſi acceſſerit Ciuilis poſſeſsio: vt Bart.& DD. communiter volũt.in.l.iij.§.ex cõtrario.in prin. j̄.eod.ti.per tex.in l.j.in.§.ſeruũqui in fuga. j̄.eod.cum aliis iuribus. Et hoc modo titu. noſter inſeruit vtriq; titulo præcedenti.& ſequẽti,propterea poſitus fuit in medio,& hoc modo probatur alio modo cõtinuatio noſtri tituli, & tollitur difficultas adducta hîc ꝑ Are.& alios.Et hoc ſufficiat quantũ

10 ad cõtinuationẽ noſtri tituli.† Non omittoio tamen in genere,circa cõtinuatiões titulorũ nõ debere nos vſq; adeò eſſe ſollicitos ad inueſtigãdas rationes,& cauſas,cur tali ordine titulus quiſque,vel tali poſitus fuerit, prout DD. omnes in ſcholis hactenus fecerunt,ſufficiat nobis quęcunque continuatio.Nã Imp.& I.C.vnũ præpoſuerunt, in vno loco, in alio pôſt poſuerunt,habẽtes interdũ rõnẽ antiqtatis,interdũ frequẽtiæ,

necnõ dignitati:etiam ob varias alias cauſas, & rationes,nec propterea redarguendi ſunt, nec contraueniunt dicto.I.C.in.l.ij.de ſta.hominũ, ibi,*His proximos atque coniunctos applicãtes titulos,prout res patietur,dicemus &c.* Bonũ eſt obſeruare pręceptũ I.C. non tamen debemus ita eſſe adſtricti, ſed conſiderare opportunitatem, & commoditatem, prout apparet obſeruatum fuiſſe per Impp.qui in pluribus caſibus, & titulis deuiârũt à I.C. quia interdũ conſiderabant vnã rationẽ ex prędictis,quãdoque aliam. Debet ergo fieri Cõtinuatio prout cõmodius,& opportunius eſt:vt idẽ I.C.in d.l.2. ꝑut res patietur.&c.facit adhoc opt.tex.in §.final.Inſt. per quas perſo.nob. acqui.vbi Imp.inquit, *dictum eſt qualiter ſingulæ res nobis acquirãtur, quo loco dicendum etiam fuiſſet de legatis & fideicõmiſsis:quibus & ipſis ſingulæ res acquiruntur.* Imp. tamen omittit, & dicit alio loco magis opportuno ſe tractaturum.Obſeruandum ergo ex adductis nõ debere nos omnino adſtrictos eſſe, ſed prout commodius eſt obſeruare continuationem.

Sed antequam deueniam ad ſecundam partem

partem gloſſæ ex dictis eius colligitur, Dominium conſiderari duplici modo, & ex duplici cauſa: ſcilicet dominium eſſe de iure gẽtium. & de iure ciuili. vt apparet per tex. in l. in rem. de rei vẽdi. De primo dominio loquitur fere totus titulus pręcedens: de ſecundo titulus ſubſequens. Sciendum tamen
11 eſt firmius † eſſe dominium de iure gentium, quàm de iure Ciuili. Nam primum non poteſt auferri à principe abſque cauſa. l. item ſi verberatum. §. j. & ibi nota. D. de Rei ven. in l. Lucius de euictio. Nam ius naturale & gẽtium ſunt immutabilia. § Sed naturalia. Inſt. de iu. nat. gent. & ciuil. in l. eas. de cap. dimi. in l. j. & ij. de vſuf. ea. re. quę vſu cõſumũt. Dominium verò de iure Ciuili debilius eſt: ex quo eſt iuris poſitiui. propterea princeps liberiùs diſponere põt de his quæ ſunt iuris poſitiui. c. propoſuit. ex. de pręben. Et propterea interdum Cæſar impedire põt vſucapionem, & alteri auferre dominium, quod acquiritur vſucapione: quia, vt dictum eſt, debilius eſt. In dominio verò de iure gentium abſque cã expreſſa, & honeſta, princeps non poteſt diſponere, in alio verò pręſumitur cauſa.
Quia

12 †Quia in conceſsione principis præſumitur ſemper cauſa, qua iuſte motus fuerit, & dicit Bart. poſt gl. in l. Relegati. de pœnis in verb. Ex aliqua cauſa voluntatem principis, ſi aliæ non appareant, eſſe pro cauſa. Quod omnino intelligi debet in his, quę sũt iuris poſitiui. Secus verò ſi eſſent iuris naturalis gentium, & diuini: quia tunc non valeret conceſsio neq; præſumeretur cauſa niſi eſſet expreſſa. Nam ſi abſq; cauſæ expreſſione princeps poſſet diſponere de his, quę ſunt iuris naturalis, gentium, & diuini, facilè prędicta iura immutarentur, quod eſt contra text. in d. §. Sed naturalia. Et ita ſuperiori quoq; anno dixi in noſtro matrimonij compendio, & venationis.

In ſecunda parte glo. dum ea remouet contrarium adducit dictum nota. Quòd
13 contrariorum † ſit eadem diſciplina. Quo modo iſtud dictum intelligi debeat, DD. hîc, & in alijs locis, vario modo declarant. Sed antequàm deueniam ad declarationem iſtius dicti, obiici poſſet gloſæ ſuperfluè iure conſultum appoſuiſſe in Rub. noſtra, de acquirenda, vel amittenda poſſeſſione: quum ſufficeret de acquirenda, ſi con

trariorum

trariorum eſſet eadem diſciplina:quia ſi intelligimus qũo acquiratur poſſeſsio , per cõſequens etiã intelligimus quomodo amittatur. Ad illud reſponderi poteſt, diuerſa eſſe hęc:& vno poſito nõ ſtatim ſequi aliud: & propterea Bart.& DD.omnes in l.j.ĩ hoc tit. ſeparatim poſuiſſe quæſtiones quomodo acquiratur poſſeſsio:quomodo item a-
14 mittatur.† Quantum ergo ad dictum glo. noſtræ, quomodo , & quot modis accipiatur:plures concluſiones poni poſſunt. Prima eſt, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, quoad cognitionem. Cognito enim vno ex contrarijs ,aliud quoque cognoſcitur: ad quod opt.facit tex.& ibi Bal.no.ad iſtud propoſitũ in l.j.de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. Quæ concluſio declarari debet, quando cõtraria penitus eſſent. aliàs ſecus prout Ange. Aret. in Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alie.iur. Et propterea Ange. ibi infert, vt ſicut poſt teſtificata, teſtes non examinãtur, c.fraternitatis. extra de teſtibus. ita nõ examinari eos ſuper directo contrarijs: ſecus ſi per indirectum eſſent contraria, & ratio eſt quia eadem ratio, videlicet timor ſubornationis militat: vt not. in d.cap.fraternitatis.

Et hoc dictum Ang.ſequi. Decius in l.nihil tam naturale. de reg.iur. Sed contra hanc doctrinā videtur obſtare text.in l. Quemadmodum.iunc. tex.in l.iij.§.in amittenda. ĵ.eod.Ex quibus iuribus ſimul iunctis apparet,contrariorum non eſſe eandem diſciplinam. Iſta iura difficillima ſunt, & vix ad cōcordiam rediguntur:tamen nunc tenendo communem intellectum, dicimus vtrumq; neceſſarium eſſe in amittēda poſſeſſione quando inceptum ſit à corpore:ſecus ſi ab animo.Licet nonnulli ad text.in l. quemadmodum. ponebant negatiuam, legentes, *Non quemadmodum*, & quorum lectura omnino falſa eſt,neq; in Pandectis Florentinis habetur:& hoc idem in pluribus ll.faciunt nonnulli, vt interdum apponant negatiuam,& affirmatiuam ad libitū. Quomodo agere ſi liceret, facilè difficul-

15 tates auferrentur.Secunda eſt,† vt contrariorum ſit eadem diſciplina, ſcilicet quoad iuris diſpoſitionem,quando extaret eadem ratio in vtroque contrariorum:vt loquitur tex.in l.diem proferre.§.ſtari.de arb.prout eum Bart.declarat in l.inter ſtipulantem. §.ſacramenta.de verb.obli. Tertia concluſio eſt

ſio eſt,quando in cõtrarijs eſt eadem ratio
per tex.in l.fin.§.fin.de leg.iij.in l.& ſi con-
16 tra.de vulga.& pupil.† Quarta concluſio,
Quando in contrarijs eſt diuerſa ratio, nõ
eſſe eandem rationem in cõtrarijs directè,
vel per indirectum. per text.in d.§. ſacra-
menta.& in l.in fundo.de rei vendi. Addu-
citur ad hoc bonus tex.in l.Titia ſeruis.§.fi.
de manu.teſta.vbi dictum erat per teſtato-
rem, *Niſi rationes diligenter excuſſeris, liber*
ne eſto. Sed nõ ſequitur exinde redditis ra-
tionibus,debere eum eſſe liberum,quod eſt
bene notandũ:quum libertatis cauſa aliàs
ſit bene priuilegiata, in cuius fauorem plu-
ra diſpoſita ſunt contra iuris regulas.vt I.C.
in l.generaliter.§.ſi quis ſeruo.de fideicom.
17 liberta.† Quinta & vltima ſit concluſio,
quód contrariorũ ſit eadem diſciplina, non
ſolùm quoad cognitionem, & iuris diſpo-
ſitionem, verùm etiã quoad poteſtatem.&
ad hoc facit tex.in l.is poteſt.de acquir.vel
amitt.hæred.vbi qui poteſt adire poteſt &
repudiare:& econuerſo qui poteſt repudia
re,poteſt & adire: quùm priuatio præſup-
ponat habitũ,vt Philoſophus inquit,& I.B.
in l.decem ſtipulatus:de verb.obl.& eſt ad

idem tex.in l.qui condemnare.de re iudic. vbi dicitur, *Qui condemnare poteſt habet & poteſtatē abſoluendi, & econuerſo.* accedit etiam text.in l.ab emptione.de pact.& opti.eſt text.in l.nihil tam naturale,de reg. iur.dictum gl.referri poteſt ad plures quæſtiones:& primò ad quæſtionem notabilē, poſitam hīc per Sozi.Iaſ.& alios. † Quòd

18 ſi iure municipali caueretur ſororem non debere ſuccedere fratri,an ec ōtrario frater ab hæreditate ſororis excludatur. In hac quæſtione in ſpecie Bald.dicit fratrem debere admitti ad ſororis hæreditatem, neq; habere locum dictum gloſſ.noſtræ,vt contrariorum ſit eadem diſciplina, videlicet in l.lege xij.tabularum. C.de legi.hæredi.vbi per illū tex.ſic decidebat,& monebat Bald. quia dato vno abſurdo, & inconuenienti, non debet dari aliud maius abſurdū. Nam ſi ſoror excluditur ab hæreditate fratris, quod eſt abſurdum, non propterea debet frater excludi:quòd magis abſurdū eſt.& hoc Bald. dictum ab omnibus fere approbatur vt patet ibi per Caſtr. Fulgo. & alios Ancharanum præcipuè. in c.Canonū ſtatuta.verſi.vlterius.extra de conſti. Alex.in

d.§.

d.§.ſacram. Decius quoq; in d.l.nihil tam naturale quod & hodie plures recentiores ſequuntur:vt per Cag.in l.ſecundũ naturã. nu.20.de reg.iur.vbi quoque aſſerit Bald. ſententiam eſſe communem,quàm ſequutos eſſe refert Mod.Aſten.in Trac.exclu. fœmi.ſtatu.agna.in iij.artic.princ.Contrarium tenent ſubtiles Senenſes hîc vt Iaſ.refert,ſic vt frater per iſtud ſtatutum à ſororis quoq; hæreditate excludatur:& æqualitas conſeruetur.Ad quod adducit text.ſimilem in §.filium.in Authen.quib.mo.na. effi.ſui.ibi, *Aequum enim dantes priuilegium*. vbi dicitur, quòd ſicut legitimatus per oblationem curiæ ſuccedit patri,non & eius agnatis, ita æquum eſt patrem legitimato filio, non etiam agnatos patris ſuccedere legitimato filio, vt agnatio ſeruetur.ad quod vide tex.in l.communium in prin.C.de natu.libe.& in l.ſi ab eo.C.de le. hære.Et pro hac ſententia Sozi.hic retorquet tex.in cõtrarium contra Bal.de l.lege duodecim tabularum.C.de legib.hære. Sic inducendo.Imp.ibi reprobat differentiam,quam faciebat media Iuriſprudentia, dicens iniquum eſſe, vt fœmina non poſsit

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

nium ſecundum definitionem ipſius Bart' eſſe. Ad idem facere videtur text.in. l. in rē de rei vendi.dum ſimpliciter dicit, *Dominium tam de iuregētiumquàm de iurè Ciuili alicui contingere.* Facit etiam ratio,ſi conſideramus originem,vnde prouenerit dominium. Sed apparet ex naturali poſſeſsione id initium habuiſſe vt I.C. noſter in.l. j. infra eod.tit. dicit. Ad idem quòd non ſit duplex dominium, & per conſequens neque duæſpecies dominij, commodiſsimè hoc adduci poteſt, quòd dominium directum,
7 & vtile differunt per plus, & minus † Ea verò quæ differunt per plus,& minus, non cōſtituunt diuerſas ſpecies.l.fin.de fund.in ſtruc.&nota.gl.in §.fi.inſt.de iure pſo.quod licet ſerui quidam albi ſint, quidam nigri, non tamen differunt in ſpecie: Nam accidens nō inducit diuerſitatem in ſpecie. Vltimo loco probatur iſta ſentētia:Nam feudatarij emphyteutæ,& ſimiles perſonæ habēt perpetuo ius vtēdi,& fruendi: Quia perpetuò ſunt ipſi,& hæredes eorum vſufructuarij. Sed vſufructus non eſt dominium, neque pars dominij. Vt I.C. inquit in lege recte dicimus,de verb.&re.ſignificatione,ideò

prædi

prædictæ perſonæ de proprietate,& ſtricta ſignificatione non ſunt domini:ſed improprie domini dicuntur nonnũquam ab Imp. licet propriè non ſint:vt apparet in d.§.qui in ꝑpetuum.Et quòd hoc ſit verũ, ꝓbatur optime ex tex.quem Bar.pro ſe adducit,in cap.j.de inueſti.de re alie.facta.vbi appellatur vaſallus,tãquam dominus, nõ tm̃ ſimpliciter dñs:Quia dictio illa,tanquàm improprietatẽ denotat, &hoc modo r̃ndetur ad oĩa iura quę adducit Bart.in d.§.dña.

Venio ad gl.in Rub.noſtra, que diuiditur in duas partes.In prima ponit cõtinuationẽ:in ſecunda peŕ viam notabilis ſecundum Bar. reſpõdetur quęſtioni, ſed melius Iaſon hîc animaduertit non notare Accurſium hîc,ſed remouere contrarium.

5 Circa primam partẽ† Gl.hîc cõtinuat titulum noſtrũ ad titulũ præcedentẽ:vt hic ꝑ eam.Contra hãc tamẽ cõtinuationẽ gl.inſurgit hîc Aretin.quòd cõtinuatio gl.nullo modo procedere poſsit:quia attẽta ratione ipſius ſequeretur quòd præcedere debuiſſet titulus noſter etiàm pręcedentem. eo quia poſſeſsio non ſolum neceſſaria eſt ad vſuſcapionem perficiendam. d. l. fine

poſſeſsione. verumetiam ad acquiſitionem dominij de iure gentiũ, de quo loquitur Titulus præcedens. Et iſta obiectio licèt Aret. non dicat, fuit prius Albe.de Roſa. hîc.

Aretinus ad tollendam iſtam difficultatem duobus modis reſpondebat. primò, quòd ad ſubſtantiam acquiſitionis dominij de iuregentium non ita requiratur poſſeſsio, ſicut ad eſſe vſucapionis. d. l. ſine poſſeſsiõe. Nam ex traditione poteſt trãſferri dominium, poſito quòd tradẽs nõ ſit dominus. adducebat text. in. l. qui fundum, qui eſt ſing. de fun. dotal. Et iſta reſponſio fuit quoque Alberici. Iaſon verò hîc dãnat hãc reſponſionem, quia dominium de quo loquitur titulus præcedens non poteſt acquiri ſine apprehenſione, vel occupatione. d. l. j. infrà eod. tit. Item dato quòd dominiũ interdũ acquiratur abſque traditiõe. prout plures ſunt caſus in l. ſi ager. de rei vend. & ibi per glo. tamen illis caſibus non dicitur acquiri dominium de iure gentium, ſed de iure Ciuili. Iſta reſponſio Iaſonis à nonnullis recentioribus damnabatur: quia & in tit. præcedenti ſunt caſus, in quibus dominium acquiritur abſque apprehenſione naturali.

l. adeò

l.adeò. §. inſulæ.l.qua ratione. §.literę. Sed præceptores mei Florentini hîc reſpondebant, quòd materia noſtra principaliter loqueretur de acquiſitione dominij, in qua interuenit factum hominis. In illis verò caſibus non interuenit factum hominis, vt puta, quando nobis acquiritur per alluuionem, quia hominis factum non interuenit: prout dicebat Bar. in Tracta. Tyberiad. in verbo, *Agro noſtro*. Secunda erat reſponſio Areti. ideò præceſsiſſe titulũ de acqui. rer. domi. quia dominium & poſſeſsio originem trahunt à iure gentium: vt patet in d.l.j.eod.tit. noſtro. Sed dominium eſſet dignius & nobilius poſſeſsione: vt in l.j.C. ſi de momen. poſſeſſ. appel.fuer. poſſet etiam adduci text. in d. l.ſi quis vi. §. differentia. infrà eod. tit. noſtro. vbi dignius cenſetur dominium poſſeſsione. Succedit regula ſecundum Aret. vt præcedere debeat id, quod eſt dignius. §. ſingulorũ. inſt. de rer. diuiſ.&.l.j.& ij.de albo ſcriben. Iſta ſecunda Aretini ratio damnatur quoque hîc per Iaſo. Nam licet origine ſint æqualia, tamen poſſeſsio, vti cauſa dominij, prius pręcedere debuiſſet. facit pro hac ſententia illius argumen

gumen.l.licet.§.ea obligatio.de procur.Refert Iaſ.hîc quoſdam tertio loco reſpõdere quòd titulus noſter poſitus ſit in medio,ad hoc,vt referatur tã ad præcedentem,quàm ad ſequentem titulum argu.l.iij.§.filius,de libe.& poſthu. reprobatur etiam iſta ratio, eo quia potuiſſet præponi titulus noſter ad præcedẽtem titulum:& hoc modo vtrique conueniſſet. Nos alio modo defendemus iſtorum ſententiam, qui rationem non adducebãt. Iaſ.poſt prędicta rurſus opponit. & dicit Imperatorem cõtrarium obſeruaſſe in.C.cùm prępoſuerit titulum de vſucapio. Nam Iaſ.hîc hæc omnia diſſoluiſſe videtur,vt hîc per eum,qui dicebát,quòd in vſu capione requiratur poſſeſsio continua:ſcilicet quandoque x.quandoque xx.& interdum triennium in rebus mobilibus. In acquiſitione verò dominij de iure gentium vno & eodem tempore exoriri dominium, & poſſeſsionem:neutrumque ſic ab altero ſeparatum,ad quod ponderabat.l.noſtrám in fi.ibi,*Protinus*.Iſta ſol.non tollit contra-
9 rietatem,& difficultatẽ † propterea proba bilius dici poſsit,quòd ideo I.C. poſuerit Rub.noſtrã in medio, inter titul.præceden
tem,

& ſequentem,eò quia in titulo noſtro ponitur poſſeſsio naturalis,& poſſeſsio Ciuilis. Naturalis ſola poſſeſsio ſufficit quoad titulum prçcedentem, neq; eſt , neceſſaria Ciuilis poſſeſsio, in titulo verò ſequenti omnino neceſſaria eſt Ciuilis poſſeſsio: quia vſucapio non perficitur, niſi acceſſerit Ciuilis poſſeſsio: vt Bart.& DD. communiter volūt.in.l.iij.§.ex cōtrario.in prin. j̄.eod.ti.per tex.in l.j.in.§.ſeruūqui in fuga. j̄.eod.cum alijs iuribus. Et hoc modo titu. noſter inſeruit vtriq; titulo præcedenti.& ſequēti,propterea poſitus fuit in medio,& hoc modo probatur alio modo cōtinuatio noſtri tituli, & tollitur difficultas adducta hîc p Are.& alios.Et hoc ſufficiat quantū
10 ad cōtinuationē noſtri tituli.† Non omitto io tamen in genere,circa cōtinuatiōes titulorū nō debere nos vſq; adeò eſſe ſollicitos ad inueſtigādas rationes,& cauſas,cur tali ordine titulus quiſque,vel tali poſitus fuerit, prout DD. omnes in ſcholis hactenus fecerunt,ſufficiat nobis quçcunque continuatio.Nā Imp.& I.C.vnū præpoſuerunt, in vno loco, in alio poſt poſuerunt,habētes interdū rōnē antiqtatis,interdū frequētiæ,

necnō dignitati: etiam ob varias alias cauſas, & rationes, nec propterea redarguendi ſunt, nec contraueniunt dicto. I.C. in l. ij. de ſta. hominū, ibi, *His proximos atque coniunctos applicātes titulos, prout res patietur, dicemus &c.* Bonū eſt obſeruare pręceptū I.C. non tamen debemus ita eſſe adſtricti, ſed conſiderare opportunitatem, & commoditatem, prout apparet obſeruatum fuiſſe per Impp. qui in pluribus caſibus, & titulis deuiârūt à I.C. quia interdū conſiderabant vnā rationē ex prędictis, quādoque aliam. Debet ergo fieri Cōtinuatio prout cōmodius, & opportunius eſt: vt idē I.C. in d. l. 2. ꝓut res patietur. &c. facit adhoc opt. tex. in §. final. Inſt. per quas perſo. nob. acqui. vbi Imp. inquit, *dictum eſt qualiter ſingulæ res nobis acquirātur, quo loco dicendum etiam fuiſſet de legatis & fideicōmiſſis: quibus & ipſis ſingulæ res acquiruntur.* Imp. tamen omittit, & dicit alio loco magis opportuno ſe tractaturum. Obſeruandum ergo ex adductis nō debere nos omnino adſtrictos eſſe, ſed prout commodius eſt obſeruare continuationem.

Sed antequam deueniam ad ſecundam partem

partem gloſſæ ex dictis eius colligitur, Dominium conſiderari duplici modo, & ex duplici cauſa: ſcilicet dominium eſſe de iuregẽtium. & de iure ciuili. vt apparet per tex. in l. in rem. de rei vẽdi. De primo dominio loquitur fere totus titulus pręcedens: de ſecundo titulus ſubſequens. Sciendum tamen
11 eſt firmius † eſſe dominium de iuregentium, quàm de iure Ciuili. Nam primum non poteſt auferri à principe abſque cauſa. l. item ſi verberatum. §. j. & ibi nota. D. de Rei ven. in l. Lucius de euictio. Nam ius naturale & gẽtium ſunt immutabilia. § Sed naturalia. Inſt. de iu. nat. gent. & ciuil. in l. eas. de cap. dimi. in l. j. & ij. de vſuf. ea. re. quę vſu cõſumũt. Dominium verò de iure Ciuili debilius eſt: ex quo eſt iuris poſitiui. propterea princeps liberiùs diſponere põt de his quæ ſunt iuris poſitiui. c. propoſuit. ex. de pręben. Et propterea interdum Cæſar impedire põt vſucapionem, & alteri auferre dominium, quod acquiritur vſucapione: quia, vt dictum eſt, debilius eſt. In dominio verò de iure gentium abſque cã expreſſa, & honeſta, princeps non poteſt diſponere, in alio verò pręſumitur cauſa.

Quia

12 †Quia in conceſsione principis præſumitur ſemper cauſa, qua iuſte motus fuerit, & dicit Bart. poſt gl. in l. Relegati. de pœnis in verb. Ex aliqua cauſa voluntatem principis, ſi aliæ non appareant, eſſe pro cauſa. Quod omnino intelligi debet in his, quę sũt iuris poſitiui. Secus verò ſi eſſent iuris naturalis gentium, & diuini: quia tunc non valeret conceſsio neq; præſumeretur cauſa niſi eſſet expreſſa. Nam ſi abſq; cauſæ expreſſione princeps poſſet diſponere de his, quę ſunt iuris naturalis, gentium, & diuini, facilè prędicta iura immutarentur, quod eſt contra text. in d. §. Sed naturalia. Et ita ſuperiori quoq; anno dixi in noſtro matrimonij compendio, & venationis.

In ſecunda parte glo. dum ea remouet contrarium adducit dictum nota. Quòd
13 contrariorum † ſit eadem diſciplina. Quo modo iſtud dictum intelligi debeat, DD. hîc, & in aliijs locis, vario modo declarant. Sed antequàm deueniam ad declarationem iſtius dicti, obiici poſſet gloſæ ſuperfluè iure conſultum appoſuiſſe in Rub. noſtra, de acquirenda, vel amittenda poſſeſſione: quum ſufficeret de acquirenda, ſi con

trariorum

trariorum eſſet eadem diſciplina:quia ſi intelligimus qũo acquiratur poſſeſsio, per cõſequenſetiã intelligimus quomodo amittatur. Ad illud reſponderi poteſt, diuerſa eſſe hęc:& vno poſito nõ ſtatim ſequi aliud: & propterea Bart.& DD.omnes in l.j.ĵ hoc tit. ſeparatim poſuiſſe quæſtiones quomodo acquiratur poſſeſsio:quomodo item a-
14 mittatur.† Quantum ergo ad dictum glo. noſtræ, quomodo, & quot modis accipiatur:plures concluſiones poni poſſunt. Prima eſt, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, quoad cognitionem. Cognito enim vno ex contrarijs, aliud quoque cognoſcitur; ad quod opt.facit tex.& ibi Bal.no.ad iſtud propoſitũ in l.j.de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. Quæ concluſio declarari debet, quando cõtraria penitus eſſent. aliàs ſecus prout Ange. Aret.in Inſtit.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. Et propterea Ange.ibi infert, vt ſicut poſt teſtificata, teſtes non examinãtur, c.fraternitatis.extra de teſtibus.ita nõ examinari eos ſuper directo contrarijs:ſecus ſi per indirectum eſſent contraria, & ratio eſt quia eadem ratio, videlicet timor ſubornationis militat:vt not.in d.cap.fraternitatis.

Et hoc dictum Ang.ſequi. Decius in l.nihil tam naturale. de reg.iur. Sed contra hanc doctrinā videtur obſtare text.in l. Quemadmodum.iunc. tex.in l.iij.§.in amittenda. ĵ.eod.Ex quibus iuribus ſimul iunctis apparet,contrariorum non eſſe eandem diſciplinam. Iſta iura difficillima ſunt, & vix ad cōcordiam rediguntur:tamen nunc tenendo communem intellectum, dicimus vtrumq; neceſſarium eſſe in amittēda poſſeſſione quando inceptum ſit à corpore:ſecus ſi ab animo.Licet nonnulli ad text.in l. quemadmodum. ponebant negatiuam, legentes, *Non quemadmodum*, & quorum lectura omnino falſa eſt,neq; in Pandectis Florentinis habetur:& hoc idem in pluribus ll.faciunt nonnulli, vt interdum apponant negatiuam,& affirmatiuam ad libitū. Quomodo agere ſi liceret, facilè difficul-
15 tates auferrentur.Secunda eſt,† vt contrariorum ſit eadem diſciplina, ſcilicet quoad iuris diſpoſitionem,quando extaret eadem ratio in vtroque contrariorum:vt loquitur tex.in l.diem proferre.§.ſtari.de arb.prout eum Bart.declarat in l.inter ſtipulantem. §.ſacramenta.de verb.obli. Tertia concluſio eſt

ſio eſt

ſio eſt,quando in cõtrarijs eſt eadem ratio per tex.in l.fin.§.fin.de leg.iij.in l.& ſi con-
16 tra.de vulga.& pupil.† Quarta concluſio, Quando in contrarijs eſt diuerſa ratio, nõ eſſe eandem rationem in cõtrarijs directè, vel per indirectum. per text.in d.§.ſacramenta.& in l.in fundo.de rei vendi. Adducitur ad hoc bonus tex.in l.Titia ſeruis.§.fi. de manu.teſta.vbi dictum erat per teſtatorem, *Niſi rationes diligenter excuſſeris, liber ne eſto.* Sed nõ ſequitur exinde redditis rationibus,debere eum eſſe liberum,quod eſt bene notandũ:quum libertatis cauſa aliàs ſit bene priuilegiata, in cuius fauorem plura diſpoſita ſunt contra iuris regulas.vt I.C. in l.generaliter.§.ſi quis ſeruo.de fideicom.
17 liberta.† Quinta & vltima ſit concluſio, quód contrariorũ ſit eadem diſciplina, non ſolùm quoad cognitionem, & iuris diſpoſitionem, verùm etiã quoad poteſtatem.& ad hoc facit tex.in l.is poteſt.de acquir.vel amitt.hæred.vbi qui poteſt adire poteſt & repudiare:& econuerſo qui poteſt repudiare,poteſt & adire: quùm priuatio præſupponat habitũ,vt Philoſophus inquit,& I.B. in l.decem ſtipulatus:de verb.obl.& eſt ad

idem tex.in l.qui condemnare.de re iudic. vbi dicitur, *Qui condemnare poteſt,habet & poteſtatē abſoluendi,& econuerſo.*accedit etiam text.in l.ab emptione.de pact.& opti.eſt text.in l.nihil tam naturale,de reg. iur.dictum gl.referri poteſt ad plures quæſtiones:& primò ad quæſtionem notabilē,
18 poſitam hîc per Sozi.Iaſ.& alios. † Quòd ſi iure municipali caueretur ſororem non debere ſuccedere fratri,an ecōtrario frater ab hæreditate ſororis excludatur. In hac quæſtione in ſpecie Bald.dicit fratrem debere admitti ad ſororis hæreditatem, neq; habere locum dictum gloſſ.noſtræ,vt contrariorum ſit eadem diſciplina, videlicet in l.lege xij.tabularum. C.de legi.hæredi.vbi per illū tex.ſic decidebat,& monebat Bald. quia dato vno abſurdo, & inconuenienti, non debet dari aliud maius abſurdū. Nam ſi ſoror excluditur ab hæreditate fratris, quod eſt abſurdum, non propterea debet frater excludi:quòd magis abſurdū eſt.& hoc Bald. dictum ab omnibus fere approbatur vt patet ibi per Caſtr. Fulgo. & alios Ancharanum præcipuè. in c.Canonū ſtatuta.verſi.vlterius.extra de conſti. Alex.in
d.§.

d.§.ſacram. Decius quoq; in d.l.nihil tam naturale quod & hodie plures recentiores ſequuntur:vt per Cag.in l.ſecundũ naturã. nu.20.de reg.iur.vbi quoque aſſerit Bald. ſententiam eſſe communem,quàm ſequutos eſſe refert Mod.Aſten. in Trac. exclu. fœmi.ſtatu.agna.in iij.artic.princ. Contrarium tenent ſubtiles Senenſes hîc vt Iaſ.refert,ſic vt frater per iſtud ſtatutum à ſororis quoq; hæreditate excludatur:& æqualitas conſeruetur. Ad quod adducit text.ſimilem in §.filium.in Authen,quib.mo.na. effi.ſui.ibi, *Aequum enim dantes priuilegium.* vbi dicitur, quòd ſicut legitimatus per oblationem curiæ ſuccedit patri,non & eius agnatis, ita æquum eſt patrem legitimato filio, non etiam agnatos patris ſuccedere legitimato filio, vt agnatio ſeruetur.ad quod vide tex.in l.communium in prin.C.de natu.libe.& in l.ſi ab eo.C.de le. hære.Et pro hac ſententia Sozi.hic retorquet tex.in cõtrarium contra Bal.de l.lege duodecim tabularum.C.de legib.hære. Sic inducendo.Imp.ibi reprobat differentiam,quam faciebat media Iuriſprudentia, dicens iniquum eſſe, vt fœmina non poſsit

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſuccedere fratri, & tamen frater ei poſsit ſuccedere. Eodem modo in caſu iſto, tollendum eſt iſtud inconueniens: & ſic vt frater non debeat ſuccedere ſorori. Pro hac ſententia etiam facit, quia frater & ſoror
19 ſunt correlatiua: in his verò regula †eſt, vt quod diſpoſitum eſt in vno, cenſeatur etiã eſſe in alio. l. fi. C. de indi. viduit. toll. Accedit pro hac ſententia, quia ex iuribus non debet dari occaſio iniuriarum. l. meminerint. C. vnde vi. quod eſſet in caſu iſto: ſi ſoror excluderetur ab hæreditate fratris, & frater non eſſet excluſus, iniuria tunc ſanè fieret ſorori. Ad idem facit quod dici ſolet, vt ſtatuta ſeu leges tales eſſe debeant, quę à prudentiſsimis reprehẽdi non poſsint. l. Saluius Ariſto. de leg. præſtan. vt Bal. in pluribus locis dicit. vt in conſi. 82. lib. 4. & Corn. in conſil. 65. plura dubia. libr. j. Vltimò pro
20 hac ſentẽtia facit, †Nam ſemper interpretatio faciẽda eſt in lege, ſeu ſtatuto, & principis reſcripto, vt ceſſet iniquitas. l. ex facto. in princip. de vulga. & pupilla. ſubſti. prout per Imp. factũ eſt in d. l. lege duodecim tabularum. Sententia Baldi plura pro ſe habet: & vltra Bald. in dicto loco, & DD. hîc, facit

facit viua ratio: Nã ſi cõſideranda eſt ratio ſtatuentium, vt ſoror excludatur ab hæreditate fratris, nulla alia fuit, quã fauor agnationis conſeruandæ: quæ etiã in ſimili conſideratur à Iureconſulto in l.j.§.penult.de ven.inſpicien. Et licet non ſit expreſſa, haberi debet pro expreſſa, ex quo nulla alia ratio reddi poteſt, facit dictũ Bald. in l.quãuis.C.de fideicom. Quod ſemper in ſtatutis & legibus, licet ratio non ſit expreſſa, ſi tamẽ vnica reddi poteſt, habeatur pro expreſſa: & propterea miror Sozi. & alios hîc qui hoc non animaduerterint, quùm fateãtur, ſi ratio expreſſa fuiſſet agnationis conſeruandæ, quòd frater non debuiſſet excludi: ſed vt diximus cùm in caſu noſtro habeatur ratio expreſſa, ideò omnino frater erit admittendus, ex quo in perſona ipſius militat ratio agnationis conſeruandæ. Et iſta ratio licet DD. hîc non dicant, reddit ſententiam Baldi veriorem; & pro opinione Bald. opt. facit tex. in d.l. lege duodecim tabularum. inducendo ſecundùm inductionem Bald. Certum enim eſt, quòd ſi Impe. ibi non correxiſſet diſpoſitionem mediæ Iuriſprudentiæ, toleratum hoc fuiſſet, licet

inconueniens : ſic apparet valere nonnunquàm legem, prout valuiſſet ante correctionem: etiam ſi detur inconueniens, vt ſentit Bald. facit etiam pro hac ſententia Bal. quia verſatur in hoc fauor publice quũ conſeruentur agnationes ad Reipubl. vtilitatem d.l.j.§.penult. Ideò diſpoſitio iſtius ſtatuti emanantis propter publicam vtilitatem latè interpretari debet.l.hoc modo. de condi.& demonſt. Auth. erit res quæ in argu.C.communia de leg. Nam quæ communiter proſunt, his, quæ ſingulis, præferuntur. Ad idem facit, quia ſtatuta ſtrictè ſunt intelligenda, nec de vna perſona ad aliam extenſiò facienda.l.ſi verò.§.de viro. ſolu.mat. Sunt enim ſtatuta obſeruanda.l. conſtitutionibus.ad munic. DD.in l. Quicquid aſtringendæ.de verb.obli.facit etiam

21 pro hac ſententia, † quia in ſtatutis nõ habet locum argumentum à contrario ſenſu. vt DD.dicunt in l.prima de offic.eius cui man.eſt iuriſ.& hoc maximè quùm ſtatutum iſtud ſit iuris communis correctoriũ, de quo communiter ſuccedunt maſculi & fœminæ. & frater ſuccedit ſorori, non magis quàm ſoror illi: & ſic non debeat fieri

exten-

extenſio. Authē. Quas actiones.& ibi no.
22 C.de ſac.ſan.eccl.† Et tenendo ſententiam Baldi,quæ communis eſt,non obſtat in contrarium adducta. Et primùm, quòd contrariorum eandem eſſe diſciplinam dicitur, non obſtat, quando diuerſa eſt in his ratio: vt ſuprà diximus. Nam quoad iſtam regulam,alia eſt in fratre, quàm in ſorore ratio,quùm(quod per maſculos fieri ſolet) per fœminas familiæ non conſeruentur.l. pronuntiatio.in fi.de verb.ſig.Neq; ob iura in contrariū adducta ad quæ ordine reſpondebimus.Primū enim text.in d.§.filiū in hoc caſu, & propoſito non obeſt: quia reſpondemus inæqualitatē locum habere, vbicunque eſt diuerſa ratio:quod abſurdū haberi non debet:videmus ſæpenumero in iure noſtro admitti vnum ad ſucceſsionem alterius,& non contrà.Sic mater tempore legis duodecim tabularum nō admittebatur anteà ad hæreditatē filij: quā S.C.Tertullianum prouidiſſet: vt toto titul.ad Sc. Tertull.Et tamen ad hoc vt econtrà filius ad hæreditatem matris admitteretur ſuperuenire neceſſariò debuit & Sc.Orficianum. Item filius emancipatus præteritus

à patre habet bonorum poſſeſsionem contra tabulas.l.j. §.quidam.de bon.poſ.cont. tabul.& tamen econtrà,pater præteritus à filio emancipato,non habet bonorũ poſſeſſionem contra tabulas.Non ob.etiã, quòd frater & ſoror ſint correlatiua:quia negatur hoc:& ſi admitteretur, tamen quia in caſu noſtro diuerſa eſt ratio,& alia in fratre quàm in ſorore.l.fina.C.de indi.vidui. toll. locum non habet.Nec ob.text.in d.l. meminerint.Quia rñdetur non affici iniuria ſororem,ex quo ſtatuentes iuſta & rationabili cauſa hoc conſtituerint. Iniuria autem dici non poſsit:quòd iuſta cauſa,& ſic iure fiat l.j.in prin.de iniurijs.Non obſt. quod ſtatuta talia eſſe debeant,quæ redargui nõ poſsint à prudentiſsimis viris. Antè enim dictum eſt,ſtatutum illud æquũ & iuſtum,rationabilique cauſa inductum fuiſſe, quùm ſtatuentes præ oculis habuerint fauorem publicum,qui verſatur in agnatiotione conſeruanda:quùm & maſculos fœminis pręferẽdos eſſe lex diuina dictet:quẽadmodum habetur Ioſue c.17.vbi Deùm Optimũ Maximũ reſpondiſſe legimus, vt
23 maſculi fœminis præferrẽtur.†Et ꝓptereà

ſalua.

ſalua Cæſaris maieſtate dici poſſet quòd Imp.in l.maximum vitium. C.de lib.præt. non ita bene dictum hoc ſacræ ſcripturæ conſiderauerit, dum dicebat: quod qui cõſtituerent differentiam inter maſculos,& fœminas,redarguerẽt naturam &c.falſum enim hoc eſt, ſi ſecundum Dei iudiciũ hoc ſtatutum eſt.Neq; ob.vltimò,quòd diſpoſitio ſemper talis eſſe debeat, vt in ea ſemper fiat interpretatio,& ceſſare debeat iniquitas.d.l.ex facto,in prin.de vulg.& pupil. quia reſpõdetur,ꝙ attento fauore publico nulla ſit iniquitas,imò ſumma æquitas, ſi rationes ad ius publicum referamus, qui in agnatione conſeruanda maximus verſatur.Et licet prima frõte huiuſmodi ſtatutum iniquum videatur, attento tamen fine & ſententia ſtatuẽtium reſultat æquitas,ſi fœminæ excludantur.Et ita videmus ſæpiſsimè conſtitui aliquid per leges,quod prima facie videatur iniquum,tamen habita ratione ad fauorem publicum, ceſſare iniquitatem.Sic in crimine maieſtatis lęſæ, priuantur filij legitima iure naturę debita. l.fina.C.ad leg.Iul.maieſta.quod iniquum videtur & contra ius diuinũ, vt filius portet

tet iniquitatem patris,cõtra regulas etiam iuris diſpoſitum:vt patet cod.titu.C.ne fil. pro patre.tamen habita ratione ad quieté, & tranquillitatem reipubl.diſpoſitio.d.l.fi.
24 non videtur dura.† & ita intelligere debemus text. qui quotidie adducitur ,quòd lex quantúmuis dura .ſeruanda ſit.l. proſpexit,qui & à quib.manumiſ.liberta.non ſit. Quia lex dura aliqua ratione, tamen inſpecta alia ratione dura non videtur:& propterea ſeruanda eſt, hoc voluiſſe videtur etiam Iuriſconſultus, ibi, dum dicit, *Iſtud quidem perinquum eſt: ſed tamen lex ſic ſcripta eſt* prout alias diximus ad intellectum dictæ l. ex facto. in prin.ibi dum latè declarauimus intellectũ. d. l.proſpexit. Infertur ſecundo loco per Crottum hîc ad quæſtioné iuris municipa
25 lis Parmenſis † diſponẽtis maritũ non poſſe relinquere vxori vel eã relinquere hæredem vltra certam ſummam : an econtrà vxor prohibeatur relinquere marito. Et dicebatur dictum ſtatutum locũ habere ex dicto gl.noſtræ: quia contrariorum eadem ſit diſciplina:& ita Iaſ.in dicta l.fin. C.de indi.vidui.tol. Secundò,quia vxor & mari-

maritus correlatiua ſint,& ideò quòd in vno eorum diſpoſitum ſit, in altero etiam diſpoſitum intelligitur.d.l.fin. Crottus hîc pro vtraque parte argumenta adducebat, & contrarium tenebat huiuſmodi,ſcilicet ſtatutum locum non habere in contrario. Pro hac parte etiam fa.quòd illud ſtatutum ſit fauorabile,& ideò extendendum: prout & Bart.& Dd.dicebant, ſtatutum & extra territorium extendendum eſſe. Accedit huc quòd conſuetudo loquens de viro,habet locũ in vxore,& tamen ſtrictius agitur in conſuetudine, quàm in ſtatuto. Quartò facit, quia iſtud ſtatutum prohibens maritum relinquere vxori conſiderabat id, quod frequenter ſolet contingere: ſcilicet quòd mariti relinquant vxoribus, non tamen ecòntrà. Ergo reſtringendum videtur.per not.in Authent.Caſſa.in verb. *Per Italiam*.C.de ſacroſan.eccle.ad quod etiã gl.ſing.in l.vnica. in verb. *Sponſam*.C. de rap.virgi.& quod ibi refert Alberic.Ad idem facit quia vbicunque militat eadem ratio, ſemper debet eſſe eadem iuris diſpoſitio.l.aliud.ad l.Aquil.& l.à Titio de verb. oblig.Imò maior ratio videtur eſſe in vxo-

re,

ego partem veriorem eſſe exiſtimo. Primò, quia eadem eſt ratio & magis militat ratio in vxore, quàm marito: proptereà extenſio fieri debet, ne fœminæ hoc modo præiudicent agnatis ſuis. Secũdò, quia ſtatuta recipiunt interpretationem à iure cõmuni per not. in. l. ij. C. de noxal. c. cùm dilectus. extrà. de conſuetudi. De iure verò communi reciprocus conſideratur amor inter coniuges: quam ob cauſam prohibuit lex donationem inter virum & vxorem, ne mutuo inter ſe amore inuicem ſe ſpolient. l. j. & . ij. de dona. inter vir. & vxo. Et ſi ſtatuentes interrogarentur, an ſtatutum illud locum habere deberet in vxore, idem reſpondiſſent. fa. glo. in l. tale pactum §. fina. in gloſſ. mag. de pac. & hanc partem tenendo non obſt. ſuprà adducta. Et quoad primum, negatur illam rationem eſſe principalem, ne fiat præiudicium agnatis. Secundo poſito, & non conceſſo, quòd ratio eſſet fauor agnatorum, eadem ratio militat in vxore circa ipſius agnatos. Nã fieret præiudicium legando marito, aut ipſum inſtituendo: quia dos data iure communi reuertitur ad patrem, vel eius agnatos; niſi

niſi aliter conuentum fuerit:adeò quòd iuris rigore etiam dos reuertatur ad parentes,etiam ſi extarent filij.l.dos á patre. C. ſolut.matri.Licet-ſententia Bulgar.hodie de conſuetudine apud omnes gentes recepta ſit,vt dos remaneat liberis:vt Bartol.& Dd.omnes in l.ſi cùm dotem.ſol.mat.Non obſtat ſecundùm, quod in ſtatutis verba ſint propriè accipiēda.Nam vbi eſt eadem ratio ſiue in ſtatutis, ſiue in alia materia etiam odioſa,extenſio fit.l.libertum.§.ſenatuſconſulti.de rit.nu.Non obſt.quòd tertio loco dicebatur,quòd ſit caſus omiſſus:nam inſpecta ſtatuentium ſententia, non dicitur omiſſus:quia propter maiorē frequentiam,vt dictum eſt,ſtatuentes mariti fecerunt mentionem,non obſtat vltimò loco ꝙ auferatur teſtandi libertas, nam in totū & indiſtinctè ſtatuentes maritū teſtari nō prohibuerunt,ſed tantū reſpectu vnius perſonæ.quo caſu (vt dicitur in matrimonio) nō cenſetur prohibitū eſſe ſi dicatur,ſi titio nō nupſeris,alij enim nubere non prohibetur,alium inſtituere poteſt.Neq; igitur huiuſmodi ſtatuta dicuntur auferre poteſtatem teſtādi,& eſſe odioſa & iniqua,

quia ſtatutum, & lex iuſta cauſa mouentur. Ad hoc facit dictum Angel. in §.j.in authentica, vt factæ nouæ conſtitutiones. vbi volebat, ius municipale diſponens mulieres poſſe teſtari abſque conſenſu propinquorũ, valere. Ad idem eſt d.Bar.in l.ſi cũ dotem.§.eo autẽ tẽpore.ſo.ma.& ſequũtur hoc dictũ DD.in pluribus locis. Et non ſolũ reperitur illud ſtatutum Parmæ, verùm idẽ diſponebat ſtatutum Vrbeuentanum, vbi expreſſè cauebatur, maritum non poſſe legare vxori: licet de inſtitutione nihil ibi dicatur. Tamen Corneus in conſili.185. Aliquando lib.j. volebat ſtatutũ prædictũ valere. Hoc idem videtur velle Bar.in l.ij.in prin.de vul.& pu.& aliàs nos latè diſputaui mus de validitate eiuſcemodi ſtatutorum, in l.ſtipulatio hoc modo concepta.de ver.
27 obl.& in l.Nemo poteſt.de leg.j.† Et ita intelligi debet tex.in d.l.ex facto.in prin.dũ dicit, *Iniquùm eſſe homini ſanæ mentis auferre liberam teſtandi facultatem*: quando ſcilicet quis indiſtinctè prohibetur, & abſque cauſa iuſta, & rationabili. Secus ſi ſtatuentes mouerentur ratione iuſta, qualis eſt hæc, vt prouideatur perſonis.

C SVM

SVMMARIA L. j.

1 Duo ſunt neceſſaria in acquirenda poſſeſſione: animus ſcilicet, & corpus.

2 Animus in poſſeßione requiſitus quomodo accipiatur à Doctoribus.

3 Author declarat & Doctorum ſententias conciliat.

4 Poſſeßionem dictam eſſe à pedibus, vt communiter in Codicibus habetur, ab obiectionibus author defendit.

5 In Pandectis autem Florentinis contrarium aſſeritur, quas author nunc ſequitur.

6 Alciati lectionem ad iſtum textum author in nonnullis damnat.

7 Baldi ratio ab obiectionibus tueri poteſt.

8 Idem operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu vero.

9 Caſtrenſis aliam rationem aßignabat, quæ non videtur tuta, ac multo minus Azonis ratio procedere poteſt.

10 Noua ratio, & vera traditur.

11 Quare poſſeßio magis denominata ſit à corpore, quàm ab animo DD. inuoluunt.

12 Prima ratio eſt Caſtrenſis, vt hic per eum, quem

quem Iaſon perperàm reprehendit.

13 *Florentinorum recentiorum præceptorum noſtrorum ratio non bene à Peruſinis intellecta defenditur.*

14 *Noua ratio ab authore traditur.*

15 *Validum eſt argumentum ab etymologia ſeu alluſione vocabuli.*

16 *Dominia iure gentium primæuo non erant diſtincta.*

17 *Rationes quamobrem dominia hodie ſint diſtincta.*

18 *Conuentiones inter partes de non diuidendis bonis perpetuò vel inter ſocios initæ, non valent.*

19 *Princeps non poteſt auferre dominium, & quare.*

20 *Sicut olim, ita nunc quoque in quibuſdam caſibus bona remanent communia.*

21 *Quæſtio pulcherrima, et quotidiana apud Germanos, an principes prohibere poſſint Vaſallos venari, aucupari, piſcari, quæ quæſtio in vtrãq; partem ab authore latiſſimè diſputatur.*

22 *Declaratio authoris in dicta quæſtione.*

23 *Capta in bello efficiuntur capientium.*

24 *Prima declaratio in d. regulam.*

25 *Secunda declaratio.*

26 *Tertia declaratio.*

27 *Noua authoris ſententia ad tertiam declarationem.*

28 *Quarta declaratio.*

29 *Bellum quando dicatur iuſtum.*

30 *Bellum à principe indictum abſque iuſta cauſa, iuſtum non iudicari, vbi author Panormitani, & Aretini ſententiam tenet.*

31 *Quinta & vltima declaratio, vt text. noſter locum habeat in captis, in proprio territorio vel hoſtium, ſecus ſi in alieno.*

32 *Ioannis Riccij clariſsimi antiqui aduocati Florentini ſententia defendi poteſt, vt bona hoſtium efficiantur capientium, ſiue in proprio, ſiue alieno territorio.*

33 *Inſula maris occupantis fit, & quicquid in ea ædificatur liberum eſt, ab omni iuriſdictione, ideóq; ciuitas Venetiarum, quæ in mari eſt extructa, ab omni iuriſdictione eſt exempta.*

34 *Gemmæ & margaritæ differunt.*

35 *Lapillus varijs modis accipitur.*

36 *Inquiſitio facta, an Titius percuſſerit Caiũ lapillo non valet tanquàm incerta, vt*

Florentiæ quandoque contingit.

37 *Teſtes non plenè probant adferentes Titiũ, videntur mulierem cognouiſſe, cùm hoc actiuè & paſſiuè intelligi poßit.*

38 *Venenum ſimpliciter prolatum non neceſſariò concludit, ideo quia inquiſitio facta non valeret.*

39 *Authoris circa prædicta ſententia.*

40 *Libellus etiam alternatiuus procedit, dummodo concludat.*

41 *Venenum licet varie accipiatur, tamen iuxta cõmunem vſum loquendi pro malo accipitur.*

42 *Verba ſemper ſunt intelligenda, prout eſt veriſimile.*

43 *Gemmæ, lapilli, & margaritæ in littore maris inuentæ, inuentoris efficiuntur: quòd tamen varijs modis declaratur.*

44 *Prima declaratio, quando nihil in eis artificij apparet, ſed ſola natura.*

45 *Secunda declaratio ponitur, ſecus eſſe, ſi in priuatorum ædibus reperiantur.*

46 *Tertia declaratio, & hæc noua per authorem ponitur, ſecus fore quando in montibus reperirentur.*

46 *Non ſufficit gemmarum, vel lapillorum in-*

cenſenda.

57 *In hac difficillima quæſtione Aretinus poſſeſsionem mixtam dicebat eſſe & iuris & facti.*

58 *Aretini ſententia ab authore damnatur*

59 *Sozini alia ſententia in reconciliandi DD. dictis per diſtinctionem: quæ ſententia à recentiorib. plurimùm extollitur, & commendatur.*

60 *Authoris ſententia in tam difficili quæſtione alio modo diſtinguendo poſſeſsionem probabilior eſt.*

61 *Vtilitates plures conſiderantur in ſupradicta quæſtione vtrum poſſeſsio ſit iuris an vero facti.*

62 *Prima vtilitas vt ſi princeps diceret iudici in reſcriptis: cognoſcas ſuper iure, quod etiam ſuper poſſeſsione cognoſcere poſsit.*

63 *Author vero in hac prima vtilitate dubius eſt.*

64 *Secunda eſt vtilitas, vt ſi pontifex clerico poteſtatem concederet eccleſias poſſidēdi, vt tali caſu cenſeretur conceſſa de fructibus eccleſiæ teſtandi poteſtas.*

65 *Tertia vtilitas eſt, vt ſi in principis reſcri-*

tendi.

75 *Noua & tuta authoris deſinitio.*

76 *Verbũ in textu noſtro naturaliter, id eſt, corporaliter, per Accurſiũ & alios exponitur: propterea apparet Bartolum perperam, triplicem eſſe ſpeciem poſſeſſionis, voluiſſe.*

77 *Accurſius maximo errore lapſus eſt cum ſequacibus ſuis in etymologia vocabuli poſſeſsionis, propter ſacræ ſcripturæ authoritatem. Quicquid pes tuus. &c.*

78 *Secundus author Accurſij eſt poſſeſsionẽ naturalem inuentam fuiſſe iure naturali primæuo.*

79 *Duplex eſt ius naturale: primæuum, & ſecundarium, item duplex eſt ius gentium quemadmodum omnes DD. tradunt.*

80 *Videtur veriùs vt vnicum ſit ius gentium.*

81 *Errant quoque DD. omnes dominia aſſerentes eſſe de iure gentium ſecundario.*

82 *An poſſeſsio naturalis amittatur per abſentiam, cùm quis detinere deſiſtat, plures DD. reperiuntur ſententiæ.*

83 *Si res in præſenti eſt, vel loco proximo his duobus caſibus abſens retinet naturalem poſſeſsionem.*

84 *Iſta tamen concluſio ſimpliciter à DD. poſita non videtur procedere, vt declaratur.*

85 *Secunda Bartoli concluſio eſt poſt gloſſam quod quando poſſeßio naturalis non eſt vnita cum ciuili, retineri poteſt, ſecus autem ſi vnita.*

86 *Iaſon contra prædictam concluſionem ſolus opponit, cuius argumẽta fuere Aretini & Sozini,*

87 *Communis tamen DD. ſententia ab obiectionibus Iaſonis defenditur.*

88 *Tertia concluſio colligitur. quæ ratio ſit quamobrem poſſeßio naturalis non retineatur vnita cum ciuili.*

89 *Socinus vero aliam rationem aſſignabat à qua tamen Iaſon recedit.*

90 *Ars & natura nihil fruſtra operantur.*

91 *Veram rationem author aſſignat.*

92 *Quarta concluſio eſt: vſuſuctuarium naturaliter poßidere: propterea quocũque vadat poſſeßionem naturaliter retinet.*

93 *An vſufructuarius poßideat naturaliter nec ne, DD. ancipites fuerunt; ob id author in vtramque partem de hoc diſputat.*

94 Pro parte affirmatiua, vſufructuarium naturaliter poſſidere plura adducũtur.

95 Nouiſſimé rationib. quoque confunditur.

96 Quotuplex ſit poſſeſſio variæ DD. fuerunt ſententiæ, quæ quidem quæſtio ſubtiliſſima eſt.

97 Prima Azonis ſententia fuit, vnicam eſſe poſſeſſionis ſpeciem, ciuilem poſſeſſionem in ſubſtãtia non differre à naturali præterquam in nomine & qualitatibus, à Socino, & Ticinenſibus, Friburgenſibus, nec non & à Gallis probatur.

98 Prædicta in vtramqua partem author diſputat.

99 Nouus & genuinus intellectus ad textum in l. tertia. §. genera. eodẽ titul. ab authore traditur.

100 Secunda ſententia fuit Ioannis, cui aſtipulatur Accurcius, Bartolus cæterique DD. communiter quod duplex ſit poſſeſſio, naturalis nimirùm & ciuilis.

101 Azonis ſententiæ defenſio.

102 Noua reſponſio ad l. ij. §. j. pro hærede.

103 Nouæ reſpõſiones traditæ ab authore pro communi ſententia.

104 Authoris noua concordia tradita, quod

& emphyteotæ.

115 *Si actor in libello diceret ſe eſſe dominum deinde probaret præſcriptionem, valeret libellus, ſecus ſi probaret ſe eſſe emphyteotam vel feudatarium*

116 *Maxima differentia eſt inter vſucapionem bonorum mobilium.*

117 *Maximus eſt DD. error conſtituentium differentiã inter vſucapionem & præſcriptionem, vt author poſt recentiores probat.*

118 *Martini ſententia verior eſt contra receptam DD. ſententiam, dominium directum tam in bonis mobilibus, quàm in immobilibus.*

119 *Intellectus ad l.j.in fine de aqua pluui. arcenda.*

120 *Decij reſponſio ab authore probatur.*

121 *DD. diſtinctio inter bona mobilia, & im mobilia nonnullas recipit exception es quarum prima eſt, niſi acceſſerit tempus cuius initij memoria in contrarium non exiſtat.*

22 *Intellectus l.hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quotii. & æſti. ab authore non probatur.*

Quomodo

123 *Quomodo l.j. de aqua plu.arcẽ. intelligi debeat,author indicat, quamuis recentiores Bononienſes in Rubri.de vſucapionibus cogitandum eſſe voluerint*

124 *Secunda eſt exceptio quando contra dominum præſcriberetur habentem vtrũque dominium & directum,& vtile, ſed ſecus,ſi tantummodo directum.*

125 *Tertia exceptio vt locum non habeat.ſi iure municipali caueretur dominium per præſcriptionem acquiri.*

126 *Verba ſemper aliquid operari debent.*

127 *Maximi effectus conſiderantur,vtrum dominium ſit directũ,an verò ſit vtile.*

128 *Primus eſt,quòd ſi remaneat directum dominium,dominus poterit agere contra tertium directa actione,& à poſſeſſore rem vendicare non tamen contra præſcribentem.*

129 *Secundus eſt effectus,quod ſi res præſcripta peruenit ad primum dominum, ille qui præſcribit bona fide ſpacio triginta annor.cùm tantũ quæſiuerit vtile,non poteſt rem vlterius petere.*

130 *Tertius effectus eſt,quando acquiritur dominium directum, præſcriptionis exceptio*

ceptio impedit litis ingreſſum.

131 *Quartus effectus eſt, quod author vltra DD. conſiderat eum generalem eſſe propter implementum conditionis.*

132 *Quintus effectus conſiderari poteſt, an dominium ſit directum vel vtile, nam ſi vtile erit faciliùs princeps poterit auffer re, quàm ſi eſſet directum: ita Doctores in d.l.*

133 *Naturalis poſſeſsionis definitio.*

134 *Ex qua definitione conſtat non immutari ſubſtantiam in perſonis emphyteotæ, feudatarij, cæteriſque perſonis, qua in re Bart. maximum errorem commiſit.*

135 *Quæ differunt per plus & minus non conſtituũt differentiam, quod procedit, quando proueniunt ex facto hominis, ſecus ſi differant in iure.*

136 *Vſufructuarius & feudatarius iure vſuſfructus, & feudi ſecundum Bartoli ſententiam præſcribere poſsunt.*

137 *Quod dictum intelligi debet: ne domini illos expellere poſsint, ſed propterea non liberantur à domini recognitione.*

138 *Bartolus in fine dum triplicem ponit poſſeſsionis ſpeciem gratia doctrinæ commo dioris*

146 *Intellectus .l.foramen de ſerui.vrba.præd. cum alijs.*

147 *Bartolus voluit in quaſi poſſeßione ciuili animum & domini ſcientiam requiri,in reliquis ſibi fuit contrarius.*

148 *Melius tamen ſenſit hic,quàm in alijs locis,ut author dicit.*

149 *In iuribus realibus incorporalibus naturalis poſſeßio conſideratur quoad effectum retentionis.*

150 *Intellectus l.nemo ambigit.C.eodem.*

151 *Naturalis poſſeßio ſola non parit effectum vſucapionis.*

152 *Non requiri animum alicuius in quaſi poſſeßione,ſed quod ſola poſſeßio naturalis operetur,Barto.exiſtimauit.*

153 *Bartoli ſẽtẽtiã author à nonnullis defẽdit.*

154 *Quomodo autem poſſeßio acquiratur in exemplis iſtius textus,vtrum ex ſolo aſpectu,an vero etiam ex apprehenſione maxima DD.eſt diſceptatio.*

155 *Theſaurus non acquiritur abſque apprehenſione.*

156 *Modus quærendi per inuentionem intelligitur per occupationem.*

157 *Verbum inuenire,intelligi debet cum effe-*

ctu ſcil.cum apprehenſione.

158 *Statutum diſponens, ſi quis inuentus fuerit in nocte cum armis, intelligi debet ſi apprehenſus fuerit.*

159 *Ius municipale prohibens mulieres geſtare gemmas & margaritas, intelligitur ſi inuentæ & apprehenſæ fuerint.*

160 *Albericus ſingulariter dicebat, ſi iure munipali caueretur inuentum ludere ludo teſſerarum puniendum eſſe, intelligi debere cum effectu, cum apprehenſione.*

161 *Bartoli ſententia ad ſupradictum ſtatutum ſi quis inuentus fuerit in nocte, &c. communiter recipitur, propterea optimum conſilium eſſe ad tollendas iſtas diſputationes, vt in ſtatuto addatur, ſi inuentus fuerit, vel per tres teſtes conuictus, quemadmodum recentiores Galli aſſerunt, Mediolani ſtatutum fuiſſe eo tempore, quo Gallorum rex inibi dominabatur.*

162 *Licet ut antea dictum eſt, Bartoli ſententia ſit receptior, in ſupradicto ſtatuto, veritas tamen in contrarium eſt, quemadmodum author quoque poſt multa animaduertit.*

Inſtan

163 *Inſtatutis magis mens,quàm verba inſpicienda eſt.*

164 *Vbi eſt eadem ratio,eadem debet eſſe iuris diſpoſitio.*

165 *Iuris municipalis diſpoſitio extendenda eſt,ſi ſtatuentes idem veriſimiliter ſtatuiſſent,ſi interrogati fuiſſent.*

166 *Statuta enim talia debent eſſe,vt à ſapientibus redargui nequeant.*

167 *Sententiam contra communem opinionem pluribus medijs author probat.*

168 *Quando agitur de fauore publico verba latiſsime:ſunt interpretanda.*

169 *Reſponſio tradita multiplex tam à* DD. *quàm ab authore ad l.ſi barſatoram.C. de fideiuſ.*

170 *Statutum prohibens trahere frumentum extra territorium,quamuis quis non ſit apprehenſus,ſi tamen per teſtes probari poterit,locum habebit.*

171 *Nouus intellectus traditus ad l.ſi barſatorã.*

172 *Per traditionẽ clauiũ transfertur poſſeſsio, ſi ille cui traditæ fuerunt claues ſciuerit locum determinatum.*

173 *Alexander & alij tex.in l.clauibus. de cõtrah.emptio.indiſtinctè intelligebant.*

174 *Authoris ſententia ad tex. in l. clauibus.*

175 *Declaratio Bartoli ad d.l. clauibus. Vt procedat, ſi claues traditæ fuerint in re præſente iuxta horrea ab Alexandro & alijs damnatur.*

176 *Bartoli ſententia à DD. recepta eſt.*

177 *Author alio modo intelligit textum in l. clauibus.*

178 *Intellectum communem ad d.l. clauibus. author impugnat.*

179 *Licet clauium traditio operetur poſſeßionis tranſlationem, hoc tamen procedit, ſi animo transferendæ poſſeßionis præcedente titulo, claues traditæ fuerint, ſecus ſi cauſa cuſtodiæ.*

180 *Regula, in acquirenda poſſeßione duo eſſe neceſſaria animum videlicet, & corpus, quæ quidẽ regula plures habet exceptiões.*

181 *Prima eſt oculis & aſpectu acquiri poſſeßionẽ abſque naturali apprehenſione.*

182 *Secunda eſt per traditionem clauium.*

183 *Tertia exeptio eſt, per inſtrumentorum traditionem.*

184 *Quarta exceptio eſt, per clauſulam conſtituti, & an hoc caſu vera poſſeßio transferatur, diſſeritur.*

Author

185 *Author negat veram poſſeſsionem transferri ſed fictam.*

186 *Quinta eſt propter cuſtodis apposi tionem*

187 *Vltra prædictas exceptiones ab Accurſio & alijs DD. traditas authorplures addidit caſus.*

188 *Primus caſus ſit in inueſtitura feudi per impoſitionem pilei, vel annuli dationem.*

189 *Secundus caſus, quando res venirent in quandam conſequentiam,*

190 *Tertius ſi conſuetudo vel ius municipale ſic conſtitueret, vt poſſeſsio transferretur.*

191 *Quartus retentionem rei mihi poſteà traditæ & donatæ.*

192 *Quintus caſus eſt propter ſigilli vel ſigni appoſitionem, qui caſus ab authore declaratur.*

193 *Sextus caſus eſt, ſi princeps alicui feudum contuliſſet per modum legis, ſcilicet cum plenitudine poteſtatis ſuæ, licet DD. ita voluerint, vt tamen latiùs & alij dicũt per iſta verba, aſsignamus tibi feudum, non transfertur.*

194 *Vltimus caſus ſit in iuribus incorporalibus, velut in iure eligẽdi, præſcribendi iuriſdictionem, & ſimilibus.*

CIRCA Rubricam noſtram, quæ duas habet partes, de acquirenda vel amittenda poſſeſsione, notandum eſt in prima parte, quòd primò poſſeſsionem adipiſcimur, ſecundò amittimus. Primam partem tractabimus in l.j. Tit.noſtri: Alteram verò in.l.Clam poſsidere.§.qui ad nundinas.j.eod. Quomodo autem ſuper hac materia poſſeſsionis in iudicijs agatur, tractabimus latiſsime in l.naturaliter.§.nihil commune.j.eodē tit.no-
1 ſtro.†Iam verò quia in poſſeſsione acquirenda duæ qualitates neceſſariò requiruntur, videlicet animus & corpus.l.iij.in prin. & l.quemadmodum.j.eod.propptereà perſonæ non habentes animum poſsidendi, vt puta pupillus, ac furioſus poſsidere non
2 poſſunt, vt in l.noſtra.§.adipiſcimur.† Ad intellectum ergo iſtarum qualitatum neceſſariò imprímis inquirendum erit, quomodo animus in materia noſtra accipiatur. Bartol. igitur in l.ſi is qui pro emptore.j.titulo prox.cuius ſententia ab omnibus ſcribentibus, communi calculo recepta

eſt, tenuitque animum eſſe quid facti. Cuius ſententiam confirmat textus in l. bonæ fidei. §. in contrarium. ſuprà, titulo proximo. ibi, *hoc ad ius, id eſt uſucapionem, illud ad factum pertinere.* Sed & ſecũdò pro eo tex. eſt in l. conſilio. in fine. de curat. fur. ibi,
3 *Quia facti ſunt magis quàm iuris* †. His tamen non obſtantibus contrarium mihi ſemper placuit, vt anim⁹ præſertim in materia noſtra magis iuris, quàm facti iudicari debeat, & hoc pluribus iuribus probari reor. Primò in l. pro hęrede. de acqui. hęredi. ibi, *Non tam facti, quàm animi eſt.* Et ſic apertè liquet, factum diuerſum eſſe ab animo. Secundò per textum, iuncta gloſſa, in l. iuſto. §. & ſi poſſeſsionis. in fine. j. titu. proxi. ibi, *lex fingit bonam uel malam fidem.* Verùm ſi animus eſſet quid facti, tunc lex fingere non poſſet, vt patet in l. cùm hæredes. j. eod. & in l. denique ex quib. cauſis maio. facit regula vulgaris in l. in bello. §. factæ. j. de captiuis & poſtlim. reuer. Accedit prætereà & textus in l. j. §. Scæuola, ſi quis teſtam. liber. ibi, *Quia poſſeſsio facti & animi ſit.* Ergo diuerſus eſt animus à facto: id quod patet per copulam, Et, quæ ponitur

inter

inter diuerſa per auth.in Rub.C.de iur. & fact. ignor.facit etiam textus,in l.poſſeſsio quoque.ĵ.eod. per rationem aſsignatam à Iuriſconſulto, quare ſerui non poſsideāt, quia poſſeſsio non tam corporis,quàm iuris eſt.Poſtremò textus apertus eſt in.l.poſ ſeſsionem.§.pupillum.ĵ.eod.vbi dicitur,pupillum nō poſſe deſinere poſsidere animo, abſque tutoris auctoritate,poteſt bene corpore deſinere. Aſſignat rationem diuerſitatis Iuriſconſultus,quoniam id quod eſt,poteſt ipſemet deſinere poſſidere. Apertè datur intelligi per illum tex. animum ſcilicet in hac materia conſiderari ſecūdum quod iuris eſt. Deinde ſententia iſta etiā rationibus probatur. Quia factū dicitur,quod in facto & actione corporea conſiſtit: vtputa foſſam fodere,& ſimilia,vt in l.vbi autem apparet.de verbo.obligat. ſed animus non eſt quid corporeum , ergo non poteſt dici quid facti.Secunda ratio eſt:ſi animus eſſet quid facti,ſequeretur poſſeſsionē eſſe magis facti, quàm iuris: quod tamen falſum eſt,vt Dd.communiter dicunt per textum in.l.peregrè. in princip.ĵ.titul.noſtro. Verùm ſi quis velit has ſententias conciliare,

is ſic facilè poterit. Eſtq; vera declaratio, quòd aut animus accipitur intrinſecè, aut extrinſecè, vt intrinſecè dicatur eſſe, quia animus noſter non patet, & eſt res incorporea, & ideò quid facti eſt, & ita procedat text. adductus per Bartol. in d. l. bonæfidei emptor. §. item quæritur. ſ. titul. proximo videlicet, quantum ad mentis cogitationem intra ſe, iuxta text. in l. Labeo de ſupellectil. legat. Et quòd animus conſideretur hoc modo quid facti, probatur, quoniam regulariter leges non puniunt cogitationem, & conatū. l. cogitationis. de pœnis. Sin verò conſideretur animus extrinſecè ex aliquo extrinſeco facto, tunc quantum ad iuris effectus ex dicto facto reſultantes, animus eſt quid iuris. Et ita plerūque animus in iure noſtro in hac materia poſſeſſionis accipitur. Atq; hoc modo procedere poſſunt omnia iura in contrarium a me adducta, hæcq; declaratio medullitus explanat materiā poſſeſsionis. Sed DD. confundunt ſe ſuper iſta qualitate animi, cùm ſimpliciter velint, animum eſſe quid facti, & propterea quidam volunt, poſſeſsionem eſſe quid facti, & non iuris. Accedo nunc

ad

ad legem noſtram.

Textus diuiditur in tres partes: Secunda eſt ibi, *Dominiũ*. Tertia eſt ibi, *Eius rei veſtigiũ*. Summariũ ſic per Bar. ponitur, & communiter omnes: Appellata eſt poſſeſsio, à pedum poſitione: & ab ea olim incepit dominium, & hodie incipit in his, quæ in nullius bonis ſunt. Iaſon hoc in loco, & meritò redarguit iſtud ſummariũ, quoniam non procedit in bonis captis ab hoſtibus, cùm fuerint in dominio, & ſic nõ fuerunt in bonis nullius. Recẽtiores etiam hîc reprehendunt hoc ipſum, inquantum Bartolus dicit, *Incipit in his, &c.* Nam debebat dicere, remanſit in his, prout locutus eſt Iuriſconſultus, eiuſq; rei veſtigiũ remanere. Tertio poſſet redargui ſummarium Bartoli circa finem, eò quia in fine ponuntur quẽdam exempla, in quibus poteſt cadere dominium aliorum, quãdo quis proieciſſet gemmas, ac lapillos nõ animo perdendi, vt plerumq; contingit, vti Iuriſconſultus dicit in l. falſus. §. ſi iactum, de furt. & Accurſius inibi ponit exemplum. Sed ad hoc reſponderi poſſet, quòd Iuriſconſultus hîc intellexerit de lapillis natis in mari,

aliàs

aliàs non efficerentur eorum, qui inuenerunt,vt tamen clariùs ſummarium detur, tale ponendum exiſtimo,præſertim nunc ſecundum Pandectas Florẽtinas. *Poſſeſſio appellata eſt a ſedibus,a qua poſſeſſione dominium olim exordium habuit,& hodie remanſit in caſibus hic per I.C. enumeratis* Iſtud ſummarium omnia obiecta tollit.

4 †Primò colligitur ex textu noſtro,poſſeſſionem dictam eſſe a pedibus,prout communiter codices habent. Et hactenus quidem cùm hac denominatione Doctores omnes pertranſierũt .Alciatus verò hic, & in libro primo diſpunctio. capitulo primo,& in l.lege cenſoria.& in.l.tabernæ. de verb.ſignifica.à communi lectura recedit, dicens,textum noſtrum legi debere a ſedibus.hoc idẽ aſſerit hîc Lucius,qui affirmat ita codices Norimbergenſes habere, qui etiam originem ſumpſerunt à codicibus Florentinis,licet in plurib. locis diſſentiant, prout ipſimet in Pandectis Florentinis fatentur.Arguebat Alciat. à grammaticali. nam iſta verba, *poſsidere,aſsidere,reſidere, conſidere*,& huiuſmodi,à verbo ſedere, formari,Meritò igitur dici poſſeſsionem di-

ctam eſſe à ſedibus, ſecundum varios codices dicebat hîc Accurſ. Adducit hîc etiam Alciatus idioma Gallicum, & plura alia, ſed iura aliqua non adducit. Bis legendo publicè hanc legem, ſubinde conatus fui defendere communem lecturam. Et vltra codices noſtros videtur hoc probari in l. iij. in princip. ÿ. eodem. quæ lex eſt eiuſdem Pauli, dum I.C. ibi dicit, *Quod qui fundum poſsidere uelit, omnes glebas eius circumambulare non tenetur, ſed ſufficit partem fundi attigiſſe.* Ex illo verbo ambulare, colligitur poſſeſsionem dictam à pedibus: clariùs hoc idem probatur in l. quod meo. §. ſi venditorem. ÿ. eod. vbi dicitur, *ſi quis proſpexerit rem uenditam, perinde uidetur poſsidere, ac ſi pedem finibus intuliſset.* Probatur etiã quòd vera ſit communis DD. ſententia, ex tex. in l. iij. §. ex contrario. ÿ. eod. qui textus directò eſt contra Alciatum, vbi I.C. dicit, *Duos ſimul poſsidere non poſſe,* probat hoc argumento naturali: Nam vbi ſto, tu ſtare nõ potes, & vbi ſedeo, tu ſedere nõ potes. Ergo ſi dicta eẽt poſſeſsio à ſedib⁹, vt aſſerit ibi Alciat⁹, nõ eſſet ibi aliqua ſimilitudo, ſed idem eſſet, quod contra eſſet, cùm nullum

ſimile

ſimile ſit idē.l.quod Nerua. depoſ. Ad hoc
ergo vt ſit ſimile argumentum.I.C. neceſſe
eſt poſſeſsionē non formari à verbo ſedeo.
Et profectò ſi Pandectæ Florentinæ mihi
non obſtarent, facilè defendi poſſet com-
5 munis ſententia.† Verùm quia in Pande-
ctis Florentinis ex liberalitate Illuſtriſsimi
principis ac domini,domini Coſmi.Medici
Reip. florentinę ducis II.clarum eſt,quòd
ibi text.dicit, à ſedibus, ꝓptereà ad illas
me refero,prout in ſimili aliàs Bart.& Bal.
fecerunt,diſputantes ſuper ſimilib.Et ſic di
catur dictam eſſe poſſeſsionem à ſedibus.
6 †In vno tamen errabat Alciatus,in quan-
tùm volebat in textu noſtro .Sic dicta eſſet
poſſeſsio à pedibus, quòd poſteà in textu
noſtro dici deberet, quaſi ſedium poſitio,
ſicuti Codex cōmunis dicit, quaſi pedum
poſitio.Sed in Pandectis Florentinis, nulla
mentio neque ſedium,neq; pedum.In vno
diſſentiūt Pandectæ Florentinæ cum codi-
cibus noſtris,quòd ibi adducitur dictū La-
beonis principaliter à Paulo,& non ad cō-
firmationem:& ſic ponendo verba forma-
lia,legatur textus: poſſeſsio dicta eſt, & vt
Labeo,ait, à ſedibus quaſi poſitio. Sed hæc

omn

omnia relinquenda ſunt pertinacibus hominibus diſputanda, quemadmodum in ſimili dicebat Accurſi. in Rubri. ſolu. matri. Et ex ſupradictis tenendo communem lecturam ad textum noſtrum, vt poſſeſsio dicatur à pedibus, & non à ſedibus. Bald. & Caſtr. cæteriq́ue Dd. inferũt ad duas quęſtiones. Prima eſt, quare magis dicta fuerit poſſeſſio à pedibus, quàm ab alio actu corporeo. Bald. dicebat, propterea magis denominatam poſſeſsionem à pede, quia pedes eſſent totius corporis firmamẽtum, & inſtar baſis. l. quod cõclaue. de damno infec.
7 cum ſimilib. † Quidam hanc ſententiam reprobant. Nam etiam oculis, & aſpectu acquiritur poſſeſsio. l. noſtra. §. ſi iuſſerim. & in. l. quod meo. §. ſi venditorem. infra eo. tit. Sed defendendo Bal. reſponderi poteſt pedes eſſe neceſſarios ad omnem corporis, actum. Vel ſecundò poteſt reſponderi, quod illud eſt per fictionem quandam, a iure introductum que præſupponit poſſeſsio nẽ adeptã fuiſſe pedibus. d. §. ſi venditorẽ.
8 ibi, *perinde ac ſi pedes finib' intuliſſem.* † Et idẽ operatur fictio in caſu fictio, ſicut in ca
9 ſu vero l. filio quẽ pater de li. & poſt. † Aliã ratio-

rationem aſsignabat Caſtrenſis: Quia rei mobilis poſſeſsio, quæ manu acquiritur, eſt vilis, & abiecta.l.ſi rem mobilem.& in l. iij.§.ſi Nerua filius.j.cod.& meritò denominatio facta fuit à pedibus,& ſic à poſſeſſione rei immobilis.Sed poteſt reprobari, quia etiam oculis acquiritur rerum immobilium.d.§.ſi venditorem .Azo aliam rationem aſsignat, quòd ideò denominata fuit poſſeſsio à pedibus, quia vetuſta fuiſſet conſuetudo pedibus ingredi poſſeſsionem.iuxta capit.xj. deuteron . *omnis locus quem calcauerit pes ueſter, ueſter erit*. Hæc ratio minꝰ mihi ſatiſfacit, quia Romani vt gentiles ſacræ ſcripturæ notionem non habuerunt: quare diuinarunt ad iſtud dictum ſacrarum literarum.Neque iſta ratio eſſet generalis, vt eſſe debet.l.regula.§.cùm quis de iuris & facti ignor.cùm iſta ratio non cõueniat poſſeſsioni rei mobilis, quia pedibus mobilia calcando ſpernere videmur.§. item lapilli.iuncta glo.ibi, Inſti.de rer.diui.

10 †Aliam rationem traderem, quòd ideò dicta fuerit poſſeſsio à pedibus, quia potentior eſt poſſeſsio in bonis immobilibus, quàm in mobilibus .Nam in rebus mobilibus

libus ſtatim q perditur naturalis poſſeſsio amittitur etiã ciuilis poſſeſsio, eſt tex.in d. l.iij.§. Nerua filius, quòd non contingit in poſſeſsione rerũ immobilium,in quibus conſeruatur ciuilis poſſeſsio,etiã per abſen tem. l.li.et.C.eo.l.clàm.§.qui ad nundinas. j.eod.Et ideò meritò denominationem accepit ab actu potentiori, per l. quæritur.
11 cùm ſimili de ſtat.homin. † Altera quæſtio eſt, ſecundum præfatos Dd.Quare magis dicta ſit poſſeſsio à corpore,quàm ab animo:& iſta quæſtio non eſt inutilis,vt dicit Alciatus.Nam videretur totũ contrarium dicendum eſſe,vt magis denominanda fuiſ ſet ab animo,quàm à corpore,cùm animus ſit præcioſior corpore.l.ſancimus.C.de ſacroſan.eccl.Circa hãc quæſtionem plures
12 rationes aſsignantur.† Prima fuit Caſt.in l.noſtra.§.j.quòd ideò hoc ſit,quia corpus magis operatur in poſſeſsione ,quàm ani mus, ſecundum glo.in d.§.j.Gloſſa iſta parum,vel nihil probat hoc,vt recẽtiores Bononienſes aduertunt.Iaſon reprobat hanc rationem,quia dicit totum cõtrarium eſſe verum,nam in poſſeſsione magis operatur animus,quàm corpus,cùm animo retinea-

tur poſſeſsio.d.l.licet.Quod non contingit in corpore,cum naturalis poſſeſsio perdatur corpore, vt ſuprà diximus.Errat Iaſon hîc,& non intellexit mentē Caſtrenſis,quia ipſe loquebatur in acquirenda poſſeſsione, non autem in retinenda,& ſic in modo ineundi,non poſtquàm deducta erat ad eſſe. Et huiuſmodi ratio pertinet ad initium poſſeſsionis, & non ad poſt factum.Iaſon hîc aſsignabat rationem Azonis:de qua.ſ.
13 quæ à nobis reprobata fuit.† Aliam rationem tradebant hîc Florentini præceptores noſtri,quòd ideò fuerit denominata poſſeſsio magis à corpore,quàm ab animo,quia poſſeſsio eſt quid facti.d.§.j.in l.noſtra & l. deniq;.ex quib.cau.ma.Sed facta ſunt corporalia,velut foſſatio,fodere.Ergo &c.Peruſini recentiores hanc rationem reprobāt, & eſſe contra tex.in l.fi.de rerum diui.& in Inſtit.de reb.corpo.in prin.Errant etiā Peruſini,quòd non intellexerunt mentē Florentinorum:hi enim loquuntur in acquirenda poſſeſsione,& ſic antequàm deducatur ad eſſe, quod eſt quid facti, cùm cogitatio mentis in acquirenda poſſeſsione eſt actus corporeus, & conſiſtit in facto:animus

mus verò extrinſecè accipitur,vt s̃.dictum
14 eſt, ideò incorporale.† Aliam verò rationem ego adiungerem,quæ magis probabilis eſt,vero iudicio:quòd ideò magis denominata fuerit poſſeſsio à corpore,quàm ab animo, quia factum extrinſecum eſt magis certum , quàm intrinſecum , animus quidem incertus eſt,cùm ſit res inuiſibilis, & propterea merito lex poſſeſsionem potiùs à corpore, quàm ab animo denominare voluit:quia à corpore magis certa eſt lex, quæ ſemper deſiderat maiorem certitudinem.l.cùm quidam.de acqui.hær.cum ſimilib. Sed magis certa eſt,vt dixi,ex facto extrinſeco,quàm alio facto intrinſeco, hocq; confirmatur ſimili ex his, quæ Dd. tradũt,in c.Raynutius.extrà. de teſt.quòd ideo magis matrimonium à matre denominatum fuerit, quàm à patre, quia lex magis eſt certa de matre:propterea dicunt à matre id denominatum eſſe.Et quòd pater incertus ſit: & quòd vix probati poſſit filiatio,text.bonus eſt,cùm ibi notat.in l. Lucius.de condit.& demonſtra.

15 Secundò Nota ibi, *quaſi pedum poſitio.*† Quòd validum ſit ar-

gumentum ab etymologia, ſeu alluſione vocabuli.ad idem tex.in l.ij.§.appellata. ſ.ſi cert.peta.De his.j.dicam in commentarijs Bartoli:vnum tamen dico, quòd ſi tex. non legatur ſecundum Pandectas Florentinas,non admodum probari videtur id,ad quod adducitur iſte textus.

16 Tertiò Nota.ibi, *Dominiáque rerum.* †Quòd olim iuregentium primæuo dominia non erant diſtincta, quia omnium rerum erat communis poſſeſsio. c.ius naturale.j.diſtinct.ſecundo iure gentium diſtincta fuerunt.l.ex hoc iure.& ibi Dd.de iuſtic.& iure.Hodie verò poſſeſsio non ſolet parere dominium, ſed titulus duntaxat,& iuſta cauſa præcedens,vt appa ret in textu noſtro. Et quòd ſolus titulus pariat dominium, oſtendit l.nunquàm .ſ. tit.proxi.& l.nullo.C.de rei vend.ibi, *nullo iuſto* &c. vnum tamen hodie addo vltra tex.hic, poſſeſsio parere poſſet dominium, quando talis eſſet poſſeſſio,cuius initij memoria nō exiſteret in contrarium:Nā quia titulus nō probaretur,dominium acquireretur,ex quo lex præſumat titulū.l.hoc iure.§.ductus.de aqua quotid. & æſti.c.j.de præſcri.

præſcriptio .libr.vj.Olim naturalis poſſeſsio ſola pariebat dominium, quia omnia erant communia,& ideò efficiebantur occupantium.Nam illo tẽpore terra abſque hominũ cultu,omnia ſponte ferebat:glandibus enim, & caſtaneis homines veſcebantur,& hoc ante Saturni tẽpora. Creſcente verò poſteà hominum malitia,nec non vicinorum inuidia,oriebantur lites, & propterea homines cœperunt conſtruere ædificia, & ob ſuprà dictas cauſas, diſtincta fuerunt dominia,& bona non ſint com munia. D. Thomas, quem omnes hîc referunt in 240.quæſtio.in 66.articulo,dicit, quòd tres rationes aſsignari poſſunt.
17 † Nam quando bona ſunt propria,quilibet magis eſt ſolicitus ad rem propriam, quàm ad communem, ob affectionem,& magnam diligentiam propriæ vtilitatis,& prima charitas incipit à ſeipſo.libr.4.cùm ibi not.C.de ſeruitutibus & aqua.Et quia homines naturaliter ſemper anhelant ad lucrum .l.cura.§.deficientium .de muner. & honorib.l.ij.C. arbit.tutel. Cõfirmatur etiam hoc,quia quod communiter tenetur,negligitur,vt dici ſolet,& eſt tex.in l.ij.

C.quando & quib.quarta pars.libro.x.Ibi etiam dicit Imperator, quòd ſi quis rem communem poſsideat rem aliquā poſsidere non videtur,rerumq; experientia magiſtra,noſtris temporibus,id manifeſtè atteſtatur in bonis Reip.quæ ob communionē negligūtur.Secunda ratio eſt,quia natura dictat,quòd res ſingulariter diſtinctæ indu cūt quandā ordinationē,& è regione adferunt confuſionē,quæ ex cōmunione reſul tāt.Tertia ratio erat,quòd ideò meritò in ductum fuit bona ampliùs non eſſe cōmunia: Nam ob communionem naſcuntur diſcordiæ & lites, naturaquæ communionis ſolet parere lites & diſcordias .l.cùm
18 pater.§.dulciſſimis. de legatis .ij. † Accedunt ea, quæ Dd. dicunt in.l.nemo poteſt.de legat.j.vt nō valeant conuentiones inter ſocios,vt bona maneant in perpetua communione.l.hoc iudicio.§.ſi conueniat cōmu.diui.per quæ Caſtr.ibi inferebat præceptum paternum in teſtamento relictum, vt filij perpetuò debeant manere in communione,non valere.Vidi plures teſtatores in hoc errare,adeòque inualida eſt iſta patris prohibitio.Quòd etiam ſi filij proprio

prio iuramento firmare vellent,non valeret tamen,Ita tradũt Dd.in l.nemo poteſt. poſt. Paul. Caſtr. ratio eſt,quia tale eſſet contra bonos mores,ex quo oriri poſſent lites,& diſcordiæ,ac iuramentum contra bonos mores nihil operatur.per c.non eſt obligatorium.de regu.iuris.lib.vi.vide latè in l.ſtipulatio hoc:& in.l.qui ſuperſtitis.de acqui.hæred.& ad hoc etiam facit tex.in l. ſi conuenit pro ſocio:vbi textus voluit,ſocietatem dirimi poſſe,ſi aliquis illorum ſociorum eſſet rixoſus.Nam Reip. intereſt, ne lites inter ſubditos oriantur l.ſi quis.§. inciuilibus· infrà de capti. & poſtlimin. reuer.† Ex noſtro textu infero ad duo.Prí
19 mò,quòd ex quo dominium habuit initiũ à naturali poſſeſsione,vt textus noſter dicit,ſequitur Principem non poſſe offerre, vt Dd.dicunt in ca.quæ in eccleſiarum.de conſti.Et hoc ſine cauſa,aliàs princeps hoc poteſt.l.item ſi verberatum.§ j.de rei ven. l.huius.de euicti.Secundò eadem ratione, princeps non deberet poſſe auferre poſſeſsioné naturalem,quia iura naturalia ſunt immutabilia.iuri.vulgarib⁹.ſecus verò,ſi ciuilem auferre vellet: Nam hanc auferre

poſſet,ex quo eſt iuris poſitiui.probat tex. noſter in ſimili. in §.ſi vir.vbi naturalem poſſeſsionem tollere nequit.

20 † Quartò Notandum eſt ibi: *Eiuſque rei &c.* quòd etiam hodie veſtigium aliquod remanſit in caſibus hic enumeratis, videlicet in his,quæ capiuntur cœlo,terra,marique,videlicet volucres capere poſſe, piſces,feraſque capere,prout hæc verba ipſemet declarat I.C. in l.j.š.tit. prox.& Impe.in Inſt de rerum diuiſ.§ feras.Quamuis autem tex.noſter tantum de mari loquatur,idem tamen eſt in fluminibus publicis: vt in l.j.§.fluuiorũ de flum. facit l.quo minus.eod.vbi cuilibet licitum eſt ducere aquam. Ex iſto textu apparet, vt diximus,ius gentium,& naturale adhuc
21 manere.†Infero ad pulcherrimã quæſtionem,quæ apud vos magis,quàm apud nos ſeruatur. Nam apud Italos ſeruatur iſte textus. Verùm quia veſtigium non manſit apud vos:Quæro, An principes veſtri iure potuerint, & poſſint prohibere ſubditos ſuos venari nec ne. Et pro principibus, vt poſſint prohibere,plura iura in eorũ fauorẽ videtur poſſe adduci,exiſtimo.Primò quia illis

illis iſtud ius venandi,aucupādi,& piſcandi competit iure cōmuni,ex quo inter regalia connumerantur:vt in c.j.in verbo,piſcationum,quæ ſint regalia.Vbi textus vult,piſcationes inter regalia connumerari, & licet de piſcatione duntaxat tex.mentionem faciat,extendi tamen quoque debet ſecundum Aluarot.& alios,ad venationem,& aucupia.arg.l.ſi fundi.§.aucupiorum.de vſuf. Secundò facit, quia ſi non iure communi ſaltem ob inueſtituras,quas principes à Cæſaribus conſequuntur, in quibus cauetur, vt illis competant hæc iura,& de poteſtate Cæſarea ,nō eſt dubitandum,neque diſputandum, cùm ſit ſupra ius.Tertiò videtur facere textus in c.j.§.nemo retia.de pace tenenda.vbi expreſſe prohibetur, ne quis poſsit tendere retia,aut laqueos ad capiendas feras,præter vrſos,lupos &c. Ergo apparet Imperatorem prohibere venationes, vt ibi And.de Iſer.& Aluar.inferunt,quòd ſæpe principes ſolent prohibere,ne ſubditi capiānt perdices &c.Quartò accedit l.vni. C.de venat.ferar.libr.xj. vbi Impe.faciunt copiam occidēdorum leonum.Ergo in cæteris animalibus prohibetur,per regulam,

qui vnum concedit,aliud prohibet.l. cùm prætor.de iudicijs.c.nonne.de præſumptio. Quintò facit,quia clericis,epiſ.& religioſis venatio eſt interdicta.34.diſtin.c.j.& ij.ne cler.vel monac.quod ius etiam apud monachos non ſeruatur hodiè:Itaque ſi Pontifex poteſt clericis inhibere venationem, poterit eodem modo Imperator,præſértim,vt dixi,cùm Principes veſtri in ſuis Dominijs repreſentēt Cæſarem.Sextò,in hoc eſt potiſsimum fundamentum.Nam prætendūt Principes veſtri habere ius acquiſitum vigore præſcriptionis,accedente conſenſu ſubditorum:Nam ex quo prohibuerunt venari, & non reclamârūt,vel cōtradixerūt principibus,prędiudicarunt,& ob hoc poteſt princeps illud ius acquiſitum retinere,ac tueri,& inobedientes punire,etiam ad pœnam mortis.Et ita Do.volunt,vt Hoſtien.Ioan.And.Butr.Card.Flor.in.c. non eſt.de decimis.vbi admonēt ſubditos,quòd quando huiuſmodi emanant edicta, principib. contradicant,ne acquirant ius,aliàs ſi paruerint,erit acquiſitum ius principibus,ex ipſorum conſenſu,& penes principes erit ſummum ius,vt non poſsint poſteà

con

cõtradicere, propterea Iacob.de.S.Georg. in tract. Feud.in verbo, *venationem*, hoc conſilium principib. tradebat,vt ſi velint iſtud ius prohibitiuum habere, vt prohibeant ſubditos venari,& ſi non contradixerint, firmum erit ius poſteà prohibendi. arg.l.j.&.ij.C.de ſeruit.& aqua.Hoc idem voluit Baldus,in ſuo tract.præſcript.quem recentiores quoque Ticinenſes ſequuntur in.l.ij.de flumi.Et pro hac ſententia videtur eſſe textus in l.ſi quiſquã.de diuer.& temp.præſcrip.vbi ſi quis ſit in quaſi poſſeſſione piſcandi, poteſt alium prohibere.Septimò,pro hac ſententia facit, nam ex quo principes hodie ſunt in quaſi poſſeſsione prohibendi,meritò vidẽtur titulum acquiſiuiſſè.d.l.hoc iure.§.ductus aquæ.Octauò etiam facit, nam ſi priuatis dominis licet venari in ſuis agris.l.diuus.de ſer.ruſt.prædi.quantò magis Imperatori,qui eſt dominus totius orbis. l.deprecatio. ad.l.Rhod. de iactu. Vltimò facit,quia ſi omnibus licitum eſſet venari,agrorum cultura à ruſticis deſereretur,quod in damnum Reipub, uergeret.His tamen non obſtantibus,diſputandi ſaltem gratia,& non animo lædẽdi

di principes,ſaluis ipſorum iuribus,contrarium verius videtur in puncto iuris:& Dd. maluiſſe blandiri principib⁹,quàm veritatem proferre:vt dicebat Bald.in conſil.vlti. lib.j.vnum deeſſe principibus,quòd non haberent penes ſe conſiliarios,qui eis veritatẽ dicerent.Etenim durum,& iniquũ videtur quòd principes poſsint prohibere vaſallos, ac punire illos ad pœnam mortis,quod planè impium videtur.Primò,quia ius venandi,aucupandi,& piſcandi omni iure conceſſum eſt.Iure diuino,vt in c.j. Geneſeos,ac in plurib.alijs locis.Iure naturali.in l.j.§.ti. proxi.& in lege noſtra.& in d.§.feræ.Eſtque ratio manifeſta:nam ex quo ſupradicta in bonis nullius ſunt,meritò occupanti concedi debent, vt voluit I.C. reſeruatum eſſe.Iure canonico non prohibentur laici, ſed tantùm clerici, ideóque à ratione ceſſante arguendum eſt.Si ergo huiuſmodi iura competant iure diuino,naturali,& gentium,quomodo principes prohibent ,cùm nullam habeant in hac re auctoritatem, etiã ſi ſunt ſupremi principes.Tollere nãque non poſſunt ius naturale,diuinum,& ius gentium,licet ius poſitiuum poſsint,vt

not

not.in l.fi.& ibi Bar.& Dd.C.ſi contra ius, vel vtil.public.& Dd.in d.c.quæ in eccleſiarum.Et hanc ſententiam noſtram plures tenuerunt indiſtinctè.Primò Ioan.Fab.ſubtilis,& veritatis doctor,in .§.flumina.in fin Inſt.de rer.diui.Idem Guido Papę in quæſtio.514.incip.v.Barones. vbi adducit eundem Ioan.Fab.Hoc idem etiam ſentire videntur Hoſt.Ioann.Andr. Butr.in d.c.non eſt.de decimis.Hoc in ſpecie voluit Iaſon in conſil.119.libr.4.& præceptor meus Decius in conſil.197.col. j. Idem etiam voluit Schiurpffius veſter,licèt obiter,in conſil.j.lib.iij.& facit optimè tex.in l.qui iniuriarum.§. fina. de iniurijs.Vbi I.C.ipſemet corrigit illud,quod vſurpatum eſt:vt quis poſsit prohiberi venari, & iterum ſtatuit neminem prohibere poſſe.Quia ſupradicta iura competunt iure naturali,& iure gẽtium.Secundò facit,ex quo edicta principum plerumque ingerunt pœnam corporis,& mortis,compelluntur ſubditi parere, nec id ſponte faciũt,ſed metu coacti,& violentia:ac licet non contradicant, non tamen illorum reſultat conſenſus,licet longum tempus lapſum ſit,quia ex quo durat

cauſa metus, ideò ſemper durat metus, vt dicebat Panormi. in ſimili in c. accedens. de procur. Anchar. in conſil. 1390. colum. fin. Card. in conſi. 137. incip. Redēptoris omnium. Calde. in l. j. quòd metus cauſa. Decius in conſil. 468. col. 4. Tertio facit: Nam ex quo iura ſupradicta ſunt merè facultatis, iuris naturalis, & gentium, meritò præſcribi non debent. l. j. de iti. actuque. pri. Et ita tenendo non obſtant. ſ. adducta in fauorem principum. Et primò non obſtat d. cap. j. in ver. piſcationem: Negatur enim conſequētia, Piſcationes numerantur inter regalia. ergo ius venādi, & aucupandi &c. Imo Dd. dicunt illum tex. non extendi, &c. ita Pernerderus dicebat, vir peritus in praxi, Ius venandi, & aucupandi non numerantur inter regalia, primò in conſtitutionib. Bauaricis, Secundò in d. §. feræ. & tex. in d. c. j. in verb. piſcationem. Quòd non debeat extendi, facit, quia ille textus loquitur in materia prohibitionis, & ſic odioſa: quia ius gentium, & naturale meritò non debēt extendi. l. cùm quidam. cum ſimilibus. de liberis & poſthumis. Doctores in l. ſi conſtante. l. ſi verò. §. de viro ſolut. matr. Text.

verò

verò in l.ſi fundi.§.aucupiorum. loquitur in materia fauorabili:& ob id I.C.facit ibi extenſionẽ ad ius piſcãdi,& ideò non debet fieri argumentũ ad d.c. piſcationem.cùm ratio ſit diuerſa.Et quia tex.in d.§.aucupiorum.loquitur in caſu,quo dictum erat de venationibus,& aucupijs,& ſic de plurib. caſibus ſimilibus, meritò I.C.extendit ad tertium,quod ſecus in d. ver. piſcationem. Secundò nõ obſtat,quòd principes id queant vigore inueſtiturarum, quia negatur cæſares,& ſupremos principes (ſalua illorum poteſtate)hoc poſſe,vt ſuprà diximus. Tertiò non obſtat textus in capitulo primo.§.nemo. quoniam ille textus procedit ſpecialiter fauore pacis conſeruandæ,ne detur occaſio litium,& diſcordiarum ,niſi venari vrſos,apros,lupos, quod ſuadetur ex Rubro. ibi, *De pace tenenda.* Quartò non obſtat l. vnica. C. de venatione ferarum. Quia loquitur ſpecialiter,non autem quòd prohibeat venationes, & ita dicit ibi Lucas de Penna.& Ioann.de Platea. Quintò non obſtat de clericis, nam licet clerici prohibeantur ,hoc eſt,ne abſtrahantur à diuinis: Quæ ratio ceſſat in laicis,& ita ceſſante ratione

tione ceſſat diſpoſitio. Sextò non obſtat, vt diximus, principes prætendunt ſi non virtute inueſtiturarum, ſaltem iuris virtute quæſiti, ex quaſi præſcriptione, accedente conſenſu ſubditorum, quamuis non contradixerunt edictis principum per d. Dd. in c. non eſt. Nam hoc non procedit, vt diximus, quando edicta ſunt pœnalia, & ingerunt pœnam mortis, vel corporis. Tunc accederet conſenſus ſubditorum, quãdo principum edicta, vel proclamata conſtituerẽt pœnas pecuniarias, ſi non contradicerent ſubditi, poſſent prætendere conſenſum principes, ex quo poſſent ſoluere pœnam, & contradicere, vt ſcribunt Dd. in d. c. non eſt. de decimis, vbi admonent Dd. vaſallos, ſi principes prohibeant eos, debent pœnam ſoluere, & contradicere, & ſic loquũntur in pœnis pecuniarijs, non pœnalibus. Et quæ adducuntur dicta à Dd. perperàm adducuntur, prout aliàs dictum fuit in terminis iſtis. Septimò non obſtat, nam non procedit hoc, quando ſumus in prohibitione iuris diuini. Octauò non obſtat, quòd Imperator eſt Dominus mundi, quia non procedit in iſtis terminis eius authoritas, in

bonis

bonis,quæ ſunt in nullius bonis,vt I.C.dicit, referendo Antoninum dixiſſe in d.l.de precatio.Vltimò non obſtant adducta in d.§. nemo.ne ruſtici retraherẽtur ab agrorum cultura,quia iſtud retorquetur in contrarium,vt experientia docet.Imò ob prohibitionẽ,prædia magis deſeruntur, & agrorum cultura, ex quo animalia naſcuntur in prouincijs hinc inde, haud cùm exiguo damno incolarum, vt ſæpènumerò ruſtici agros deſerere cogantur, quòd fit in damnum Reipub.l.annonam.de var.& extra-
22 ordi.cogni.† Vno tamen modo ex ſupradictis dicerem limitando,& declarãdo, quòd principes prohibere poſſent vaſallos venari,piſcari, aucupari, ſi acquiſiuiſſent ius ob edicta pœnalia, quæ conſiſterent in pecunijs,ſecus ſi ius acquiſitum eſſet ex pœnalibus edictis corporalibus ,quia tunc nullus eſſet ſubditorum conſenſus.Et ita habetis hunc quæſtionem plenè diſcuſſam, neq; reperio per aliquem Commẽtatorum tam copioſè tractatam fuiſſe.Et quando habebitis caſum,huc recurſus vobis patebit.Facta tamen proteſtatione,ſaluaq; autoritate Imperatoria,atque principum,quibus non

intendo aliquo modo præiudicare. Atque hæc vera ſunt, quamuis poſteriores quidã his contradicant: quibus tamen vbertimè in noſtro venationis compendio reſpondi.

Quinto notabis Ibi, in verſi. *Item ca-*
23 *pta.*† Quòd ea quæ capiuntur in bello, efficiuntur capientium, ex ſola apprehenſione naturali. Ad idem eſt text. in §. item capta in bello. Inſtit. de rer. diui. in l. naturalem. §. fina. ſ. titu. proxi. & in plurib. alijs iuribus. Iſte textus licèt indiſtinctè, & ſimpliciter loquatur, nonnullas tamen declarationes recipit, vt latè hîc per Alexan. Iaſo. Soci. & alios. Sed antequam deuenia-
24 mus ad declarationes Dᴅ.† Primò vltra Dᴅ. hîc declarari debet iſte tex. vt verum ſit, capta in bello effici occupantium, quando milites intra præſidia ea perduxerunt, & non ſtatim: vt dicit text. hîc, ita text. dicit in l. poſtliminij. in princi. ȷ̄. de capt. & poſtli. reuerſ. Et ita hîc recentiores Peruſini dicunt: ſed ante ipſos idem ſenſerunt Ticinẽ-
25 ſes.† Secunda ſit declaratio, vt text. noſter procedat in rebus mobilibus, ſeu mouentibus: ſecus verò in immobilibus. l. ſi captiuus. §. expulſis. ȷ̄. de capti. & poſtli. reuer. & ita

ita gl. voluit, in l. diuus. j. de iure immuni. cũ alijs annot. hîc per Alex. Iaſ. & alios. Et refe rũt Ioá. And. in addi. ad ſpecu. in ti. de rap. in Rub. qui ſe hoc aliquãdo in facto vidiſſe atteſtatur. Cum enim bellũ eſſet inter Mantuanos, & Veronẽſes, Veronẽſes deprædati ſunt agrũ Mantuanũ, & dum perducebant prædam, Mãtuani ſimiliter deprædati ſunt agrũ Veronẽſem, & prædã recuperauerũt, Quærebatur, an huiuſmodi bona recuperata eſſent reſtituẽda prioribus dominis: & videbatur ꝙ ſic. ꝑ l. ab hoſtib. la. ij. C. de capt. & poſtli. reuer. In cõtrariũ autẽ videbatur, ꝙ imò efficerentur capientiũ militũ. Nã ſi perdidiſſent equos, arma, & ſimilia, priores Domini reſarcire illis tale dãnũ recuſarẽt, ergo non debent petere illud, quod ipſimet præſtaturi non eſſent. l. pe. cùm ibi no. C. de ſolut. Dicit tamen, ꝙ licet ſententia prima verior fuerit, cõtrariũ iudicatũ fuiſſe. Dicit tamẽ hoc intelligi, ſi ex interuallo recuperata fuiſſent, ſecus ſi incõtinenti. ar. l. iij. §. cùm
26 igitur. de vi, & vi ar. † Tertia declaratio fit ad textum noſtrũ, quòd licet capta in bello fiant occupantiũ, nihilominùs tamẽ debẽt ꝓſentari Duci exercitus, q. ſecũdũ virtutes

& merita militum inter ſtrenuos, & fortes ea diſtribuere debet. Ita videtur eſſe text. in l. pen. verſic. ſimili modo. C. de reuoc. dona. ad idem eſt bonus text. in c. ius militare. diſtinctio. j. Hoc idem dicit Barto. in l. ſi quis in bello. de capt. & poſtlim. reuer. adducendo ad hoc militum conſuetudinem. Iſtius declarationis rationem aſsignabat Petr. à Bellole. in l. naturalem. ſ. tit. prox. quod iuſtum & æquum erat, vt bona quæ capiebãtur in bello, diuidi deberẽt, vt dictũ eſt inter fortiſſimos, & optimè meritos milites, quoniam viri ſtrenui magis ſolent eſſe intenti pugnę, quàm prædæ, alij verò magis intenti prædæ, & ſic magis pugnarent cum cadauerib. quàm cùm hoſtibus, vt ſæpè viſum eſt, Duces exercitus ob hanc cauſam victoriam perdidiſſe, quia milites intenti erãt pugnæ nequaquàm, ſed prædæ. Et iſta eſt ſententia omnium Doctorum, nullo excepto, nec quenquam, qui huic contradiceret, inueni.

27 †Quamuis verò iſta declaratio ad tex. noſtrum ab omnib. indifferenter ſit recepta, ac nullum hactenus contradictorem viderim, magis tamen ſemper mihi contrarium placuit, & ita aliàs tenui hic in l. rem quæ nobis.

nobis.j.cod. quòd iſta declaratio continet maximam violationem,ac penitus deſtruat omnia iura.Quantum ad tex.noſtrum, & d.l.naturalem.§.fin.& d §.ea quæ ab hoſtibus.Quæ iura ſimpliciter diſponunt capta in bello effici occupantium,nulla adhibita diſtinctione,quòd debeant præſentari Duci exercitus. Atque in primis pondero tex.noſtrum hîc, inquantum I.C.in præcedentibus exẽplis voluit,quod omnia efficerentur occupantium:hoc idem dicit in ſequentib.exemplis,omnes ſimul caſus æquiparando.Sed in præcedentib.exemplis,videlicet in his,quæ cœlo,terra,marique capiuntur, illicò efficiuntur occupantium. Hoc idem dicit I.C.in ſequentibus, ſcilicet in gemmis,lapillis,& margaritis,que omnia efficiũtur inueniẽtium. Quoniam igitur facta eſt comparatio inter omnes iſtos caſus,ideo idem deberet eſſe iudicium,vt res captæ in bello, ſtatim fiant occupantium,& quod nulla debeat fieri præſentatio ducibus ,ſicque irreuocabiliter,prout in alijs omnibus caſibus.Item quia ſumus in exemplis connexis,& propterea idem iudicare debemus.c.inter cæteras.de reſcr.c.

cùm in ea.de re iu. confirmatur ex tex. noſtro,dũ textus in pręced.ponit dictionẽ,Protinus, quę oſtẽdit omnia effici occupantiũ, nulla adhibita declaratione,hoc etiã probatur in d.l.naturalẽ.§.fi.& in.§.item ea quæ ab hoſtib.Inſtit.de rer.diuiſ.vbi dicitur.*Capta in bello ſtatim,ſeu illico noſtra ſunt.* Si capta in bello ſtatim fiunt occupantium, ergo non ſunt præſentanda Ducibus, qui poſteà diuiſionem inter milites facere debeant. Si enim expectaretur diuiſio, non ſtatim efficerentur occupantium:Ergo neceſſariò apparet,nullo modo præſentanda eſſe Ducibus capta in bello.Idem hoc probat tex.in d.l.poſtliminium.in princi.ſ.titu. proxi.vbi dicitur, ita demũ ab hoſtibus capta effici occupantium,ſi milites intra præſidium perduxerunt:& ſic ad locum tutiſſimum.Apparet ergo nullam aliam qualitatem requiri ad hoc,vt bona fiant occupantium,niſi quòd ſint perducta intra præſidia.Plura alia iura poſſum adducere, quæ ad idem tendunt.Nam eandem hanc ſententiam inueni poſteà approbatam fuiſſe per clariſsimum I.C.Fabium Narnienſem, prædeceſſorem noſtrum huius Academiæ

in hac

in hac ipſa lege. Pro qua ſentẽtia vltra prædicta, adducebat tex. in l. transfugam. ſ. titu. proxi. vbi dicitur. *Res ab hoſtibus captæ, nõ publicæ ſed occupantium fiunt.* Eſſent autem publicæ, ſi præſentari deberent Duci exercitus, etiam ſi poſteà diſtribuerentur. Iſta inductio hoc non probat Nã & ſi præſentarent capta in bello Duci exercitus, nõ publicarẽtur, id eſt, non cõcederentur principi, ſed inter milites diuiderentur, & iſtum ſenſum habet ille tex. quẽadmodũ declarat tex. qui idẽ dicit in d. l. ſi captiu⁹. in §. expulſis. Ad idẽ adducebat tex. in l. fi. de lega. poſt prin. arguendo à ſpeciali, quòd legati fungẽtes muneris officio liberi eſſe debeãt, etiã ſi indictũ ſit bellũ, ſecus ſi ex alia cauſa: nam tunc nõ debẽt eſſe liberi, ſed efficerẽtur captiui, quia hoſtes. l. in bello. ij. rñ ĵ. de cap. & poſtli. reuer. Iſte tex. parũ vel nihil facit, niſi in genere quodã. Adducit etiã tex. in l. ſi q̃d in bello. ĵ. de cap. & poſtli. q̃ tex. optimè hoc probat, vbi dicit, ſi aliquid captum fuerit in bello, in præda eſſe dicitur, q̇ eſſe nõ poſſet, ſecundũ ipſum, niſi efficerẽtur capientiũ, nã ſi deberẽt alij participare, nõ diceretur illud eſſe in p̃da, adducit eũdẽ tex. in d. l. ſi captiuus. Et hanc ſententiã tenẽdo, quę in pũcto

iuris verior videtur,& vſu comprobatur, non obſtant ea,quæ in contrarium adducuntur.Ac primò non obſtat d.l.pen.ver.ſimili modo.vbi eſt totum fundamentum Dd.inquantum videtur ſentire textus,ſecundum ipſos, quod capta in bello ſint præſentanda duci exercitus,cùm tex.dicit: Ex ſpolijs tam ex propria ſubſtantia. Ergo de veritate datur intelligi,bona prçſentari debere, deinde fieri diuiſio. Iſta non eſt intentio Imperatoris ibi,neque ex verbis tex.hoc poteſt colligi.Nam ſi Imperator hanc ſubauditionem adponere voluiſſet,mentionem illius feciſſet.Intentio autem illius fuit, quod donatio facta à Magiſtris militum, debeant valere abſque inſinuatione ex quibuſcunq; bonis,ſiue mobilibus,ſiue immobilibus, ſiue ex patrimonio,ſeu ex ſpolijs.loquitur text.ibi de ſpolijs proprijs ipſorum Magiſtrorum, quæ ipſimet acquiſiuerunt,non de bonis repræſentatis, ſiue de ſpolijs,quæ milites nullo modo acquirere poſſunt: vtputa de bonis immobilibus,quæ bona non fiunt occupantium,quia ſpectant ad principem, & victorem exercitus. d.l.ſi captiuus. vel intelligi debet

debet de bonis mobilibus, quæ etiam non acquirunt milites, vt ſunt vexilla, tormēta bellica, & ſimilia, quæ tātùm conceduntur victori. Et quod tex. ille intelligi non poſsit de bonis repræſentatis à militibus, hoc apparet inconuincibiliter: nam ſi de illis loqueretur, nulla eſſet donatio, facta enim eſſet de rebus alienis: donatio vero propriè eſt quædam liberalitas. l.j. de donat. Et quia ille deberet diſtribuere, non diceretur donatio ex quo magiſtri militum compellerentur diſtribuere, & ſic nullo modo eſſet donatio, quia donatio proprie eſt, quę nullo iure cogente datur. Regula, donarė. de regu. iur. l. donare. de dona. Et dum tex. ibi dicit, donationem eſſe, ergo apparet quod textus ille debeat intelligi de proprijs ſpolijs, quæ nō ſpectant ad milites. Non obſtat textus in d. cap. ius militare. Ad hunc enim reſpondebat idem Fabius, quod text. ille non probat, quia Gratiani eſt, qui non habuit poteſtatem legis condendæ. Huius ratio debilis eſt, imo Dd. magis communiter volunt librum eius eſſe authenticum: quādoquidem publicè in ſcholis receptus eſt, atque approbatus ex tacito Pontificis con-

ſenſu.ita Panor.in c.j.de reſcri.Dd.in l.j.ſi cert.peta. Alio modo reſpondere potes ad illum text.quòd ibi loquitur text.de bonis immobilibus, quæ non acquiruntur militibus,ſed fiſco, & princip1.d.l. ſi captiuus.§. expulſis. quemadmodum reſpondebatur. ſ.ad tex.in d.l.penul.verſi.ſimili etiam modo.vel de rebus mobilibus,quæ etiam victori duntaxat conceduntur. Et quòd iſte ſit ſenſus,probatur,dum tex.ibi dicit,quòd de ſpolijs debeat eſſe portio Principis. Datur ergo expreſſè intelligi,illum textum procedere vltra bona,& ſpolia,quæ iure legitimo militibus acquiruntur.Nam in illis iniquum eſſet,quòd princeps de armis,equis,& ſimilibus deberet participare: cùm ſolùm ſpectent ad milites.Et ille tex.procedit,vt dicunt Dd.in d.cap.dicat aliquis, quòd iure antiquo omnia ſpolia diuidenda erant inter milites, non habita ratione ad bona mobilia vel immobilia.Principis enim erat partiri prædã,quod hodie nõ fit. Nõ obſtat etiam dictũ Bar.in d.l.in bello.§. ſi.Quoniã dictum eius corruit,ex quo fundatum eſt in dicta l.penult.Et Bart. vnum dicit ibi,quod vſus hodie non obſeruat, &

ibi fatetur contrarium. Non obſtat etiam auctoritas glo. in d.c. dicat aliquis, quia licèt ſit magna auctoritas gloſſarum, quoniam tamen dictum eius leges non probant, negari poteſt.

28 † Quarta ſit declaratio vt ita demum capta in bello efficiantur occupantium, ſi in bellũ iuſtum fuerit: ſecus vero ſi iniuſtum. Iuſtum autẽ dicitur eſſe bellũ, ſi indictum fuerit à Cæſare, vel à Põtifice, vel ab alijs ſupremis principibus. l. hoſtes. & ibi Bar. ĵ. de cap. & poſtl. reuer.

29 † Requiritur etiam vlteriùs iuſta cauſa bellum indicẽdi, vt voluit Ancha. in reg. peccatum. de regu. iur. in vj. vbi voluit, quòd ad hoc, vt capta in bello efficerentur occupãtium, duo ſint neceſſaria, authoritas principis, & iuſta cauſa. Et ita Dd. dicunt in c. olim. de reſtitu. ſpolia. ac propterea capta in bello iniuſto eſſe reſtituenda. c. ſicut. el. iij. de iureiuran. licet hoc milites hodie non obſeruent. In hoc articulo, an ſufficiat authoritas principis, vel ſint duo neceſſaria, Dd. inter ſe diſſenſerunt: Nam Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Aretin. in dicto capitulo olim. voluerunt, duntaxat principis authoritatem ſufficere, quandoquidem in principe

ſemper

ſemper iuſta cauſa præſumitur. Cõtrarium
tenuit Panorm: in d.ca.olim. et illum ſequi
tur ibi Aret. ſibi contrarius, vbi pro hac ſen
tentia adducit optimum argumentũ. Nam
ſi princeps non poteſt aliquem priuare ſuo
dominio ſine cauſa, vt per Bar. in proëmio
Pandectarum, & tex. eſt in l. item ſi veroe-
ratum. §. j. de rei. vendi. eodem modo non
poterit per indirectum indicendo bellum
ex iniuſta cauſa, & aliquem priuare domi-
nio, & libertate, quorum vtrumque com-
30 petit iure gentium, & naturali.. † Horum
ſententiam veriorem eſſe arbitror, ac maio
rem in ſe æquitatem cõtinere, ſcilicet, quod
duo ſint neceſſaria, & præſertim attenta
diſpoſitione iuris diuini, & canonici. Ius nã
que canonicum, & diuinum in hac mate-
ria, quæ poteſt generare peccatũ, prçferẽda
ſunt iuri humano. Etenim ius canonicum
expreſſè diſponit, neceſſariam eſſe cauſam
iuſtã. d.c. ſicut. Ideo &c. & in ſpecie ita vo-
luit glo. in d.c. ſicut. vbi expreſſè dicit ſtan-
dum eſſe iuri canonico. Et ita tenendo non
obſtat text. in c. ſi epiſcopus. de ſuppl. negl.
præla. in 6. vbi probatur etiã epiſcopum effi
ci ſeruum hæretici, vel ſchiſmatici, cui bel-
lum

lum indixerit Pōtifex. quē text. Aret. multùm vrgere fatetur. Contrarium tenentes reſpondebant Aretino, procedere illū textum attenta diſpoſitione iuris poſitiui, & ciuilis, ſecus quoad ius canonicum. Verùm nulla eſt hæc reſponſio. Nam materia iſta, vt diximus, reſpicit peccatū, vt quis rem alterius occupet ex iniuſta cauſa, idcirco ius canonicum nullo modo aduerſaretur iuri gentium, ſi reſpiceret ſalutem animæ: Nam Pontifex ſemper hoc præ oculis habet, ne actus fiat in damnum alterius. capi. quamuis. de pact. in 6. & in plurib. alijs iuribus. propterea ad d. c. ſi epiſcopus. qui tex. in veritate aduerſari videtur: reſponderi poteſt, quod ille textus impropriè loquatur de ſeruitute cognita iure gentium, ſed de ſeruitute impropria, & in facto, prout interdum quoque accipitur. vt patet in l. fin. C. de ſenten. paſ. in fin. cum gl. in verb.
31 libertatem. † Quinta & vltima declaratio ſit ad textum, vt duntaxat locum habeat in rebus captis in bello, in territorio capientis, vel hoſtium, ſecus verò in alieno. Ita voluit Ange. in ſua diſput. incip. Nota guerra. argu. l. denunciamus. & l. prҿſenti. C. de his qui

qui ad eccle.confu.& ita Socy.latè hîc voluit, ſeq; ita conſuluiſſe dicit per text.in l. quid ſi fugitiuus.verſi.Cœlius ait, de ædili. edict. Contrarium autem voluit Ioan.de Riccijs, aduocatus Florentinus, vt refert Socynus hîc,qui voluit,vt in quocunq; loco fuerint capta,fiant occupantiũ.per tex. in d.l.pen.verſic.ſimili.ibi, *in quibuſcunque locis*.qui tex.ſecundum Socynũ nullo modo probat, quia loquitur de donatione facta à Magiſtris militum, vt quocunq; loco facta ſit,ſiue in bello,ſiue extra bellum,debeat valere abſq; inſinuatione:ſed quòd bona fiant capientiũ,quocũq; loco capiantur, hoc textus non dicit.Item tex.ibi, *Quibuſcunque*. refertur ad bona donata, non ad capta.Poſſet tamen quis dicere,textum ibi hoc probare videri, dum dicit in genere de ſpolijs,ac nullam facit mentionem loci, & ſic datur intelligi, quòd bona fiant capientium quocunque in loco. Sed reſpondetur illum textũ intelligi debere ſecundum tex-
32 tum noſtrum,& alia iura.† Attamen ſi quis velit contrarium amplecti, vltra noſtros Florentinos antiquos poſſemus dicere,verius eſſe,vt etiam bona fiant occupantiũ in alieno

alieno dominio, dummodò ab hoſtibus capiantur, & in bello. Et pro hac ſententia pō dero textum noſtrum, dum dicit, *In bello.* & in d.l.naturalem.cū alijs iuribus, quæ bellum ſolūmodò, non etiam locum cōſiderāt, extra bellum denegant. Secundò expreſsè contrarium apparet per textum noſtrū ſic inducendo, ꝙ non ſit neceſſarius locus. Nā certum eſt, omnia ſupradicta exempla I.C. ante ver.item capta in bello. procedunt in quocūq; loco, Quòd ſi quis ceperit animalia, & piſcatus fuerit, & aucupatus etiam in alieno agro, fieri occupātiū. vt in §.feræ. cum alijs. Inſt. de rer. diui. Ergo eodē modo dicendum, ꝙ ver.itē capta. debeat intelligi eodē modo, quo intelliguntur præcedentia exēpla, vt ſit bona comparatio, & præcedētia declarant etiā ſequentia, & maximè notando illam dictionē, *Item*, quæ eſt ſimiliū repetitiua, & ita reperio Deciū hîc idem dixiſſe. Nec ego nunc muto ſententiā, quāuis hactenus communi ſentētiæ ſubſcripſerim.

33 Sextò notandum eſt ibi, †*Inſula in mari*, Inſulam in mari natam fieri occupantis, & propterea infero, quòd ſi inſula ſit occupātis, ergo etiā id quod conſtrictum

eſt

eſt per occupantẽ in inſula fiat propriũ, & liberum ab omni iuriſdictione. Ideoq; Venetiarum ciuitas, quæ condita eſt in mari, & in loco, qui eſt in bonis nullius, iure Cæſarem non recognoſcit, nec quenquam alium ſuperiorem, ita Salicet. dicit de illa vrbe, in l. tertia. C. de nauti. fœn. Bart. Veronen. in tract. ſeruitut. ruſti. in verb. donare. Iaſon quoque & alij in l. ſi inſulam. de verbo. obligat.

Septimò Collige ibi, *Item gemmæ &c.*
34 †Quòd gẽmæ, lapilli, & margaritæ inter ſe differũt, vt patet propter illam copulã, *Et*, quæ ſolet poni inter diuerſa. per not. in Rubr. C. de iur. & fac. igno. Quod vero ſint diuerſa, habem⁹ tex. in l. & ſi nõ ſint, vel ſi ſint. §. gẽma. de au. & arg. le.
35 †Ac quoniã lapillus varijs modis accipitur vt pro precioſo lapillo, & pro paruo lapillo vt dicit gl. in l. vni. C. de err. calc. propterea Alexãder, & Do. hîc inferũt ad dicta Ray-
36 nerij de Foroliuio, in d. § gemmæ. †vbi refert, dum eſſet Florẽtiæ apud Ducem Calabriæ, inquiſitam fuiſſe quandam meretricẽ, quod aliam lapillo percuſsiſſet: quærebatur vtrum eſſet condemnanda, Raynerius

nerius voluit illam eſſe abſoluendam,quandoquidem lapillus diuerſimodè accipitur, ille autem modus amplectendus eſt ſemper,per quẽ ſequitur abſolutio. Nam pars benignior in pœnis ſemper eſt tenenda.l.ſi præſes.& l.interpretationem. j. de pœnis. Sed accipiendo pro lapillo precioſo,erit benignior interpretatio,cùm lapillus precioſus non ſit aptus ad offenſionem. Dictum
37 Raynerij approbat hîc Alex.& † comprobat ex dicto Bartoli, in l.filiuſfamiliàs. de teſta.& in l.ij.in fin.de duob.reis promit.& ſtipu.Quòd ſi formata eſſet inquiſitio contra aliquẽ, & dicatur Titium mulierẽ violenter cognouiſſe,ex quo illa verba violenter ,accipi poſſunt actiuè, & paſſiuè,voluit Bart.in prædictis locis illum non puniendũ
38 eſſe.† Accedit etiam vltra Alexan.hîc,notabile dictum eiuſdem Alexand.in conſil. 203.incip.Super themate.libro.ij.vbi excuſauit mulierem inquiſitã de veneno,quandoquidem venenum bonum,& malum eſſe poteſt,vt eſt in l.qui venenum.de verb.ſig. Hoc idem tenuit Alex.in conſil.116.inci.in
39 cauſa inquiſitionis. libr.iij.† Veruntamen quamuis magis communis ſententia ſit ſu-

per prædictis caſibus, neutiquàm tamen mihi ſatiſfacit Raynerij dictum, ac multò minùs dictum Bartoli, in d.l.ij.§.fi.de duob. reis; minimeq; placet dictum Alex. in præ-
40 dictis cõſili.† Et primò quantum ad dictum Raynerij, quoniam quocunq; modo lapillus accipiatur, ſemper inuenitur verificata offenſio, atque accuſatio, & dicitur nequaquàm dubia inquiſitio, vt ſentit etiam hîc Riparius, arguendo de libello alternatiuo, qui etiam toleratur, quando concluditur in vtramque partem. c. ex parte. & ibi, Panor. in iij. notab. extra, de foro compe. Illud ſemper attendi debet, quòd plerunque fit: eſtq; veriſimilius potiùs aliquem lædi paruo lapillo, quàm pretioſo. Solitus ſum adducere tex. in l. fiſtulas. §. fin. & ibi glo. fina. de contrahend. empt. quem tex. hîc etiam præceptor meus Decius adducebat. Non obſtat dictum Barto. in prædictis locis: reſpondetur enim eodẽ modo, vt ſuprà. Rarò enim contingit, id quod experientia rerum magiſtra docet, quòd mulier violenter virum cognoſcat: & ob id hoc non eſt conſiderandum.
41 dum.† Ac illa verba, *violenter*, magis debent intelligi actiuè, quàm paſsiuè. Primò

magis

magis propter veriſimilitudinem, deinde ex ordine ſcripturæ. Et dictum Bartoli reprehendit quoque Ang. in l.ij. per illũ text. in verb. *violenter*. C. de vi bono. rapt. Imola. Cumanus, Aretinus in d.l.ij. §. fi. de duob. reis. Iaſon in l. non hoc. C. vnde cognati. & ſic magis communis ſententia eſt contra Barto. Quantùm verò ad dictum Alexandri, malè illum conſuluiſſe exiſtimo, quia verbum illud, *venenum*, in terminis inquiſitionis, debet magis intelligi de malò veneno.

42 no. † Et licèt vocabulum iſtud venenum, ex ſua proprietate hoc ſignificet. d.l. qui venenum. quoniam tamen communis vſus loquẽdi ita fert, vt pro malò veneno accipiatur, ideò communis iſte vſus loquendi, debet vocabuli proprietati præferri, per l. librorum. §. quòd tamẽ Caſsius. de leg. iij. & in l. Alphenus. cum ſimilib. de verbo. ſignif. Dd. latè in Rub. ſ. de ope. noui nũcia. Adeòque hoc eſt verum, communẽ vſum loquendi eſſe præferendum, vt etiam in materia odioſa anteferatur. tex. eſt notab. in. l. ſi vxo. §. j. de adult. vbi ad puniendam vxorem tanquàm adulteram, appellatione vxoris venit etiã illa, quæ de facto, & ſic impropriè,

eſt vxor.

43 Octauò colligitur ex textu noſtro,† gẽmas,lapillos,&margaritas in littore maris inuentas,effici inuentoris. Iſte tamen tex.quamuis Dd. pertranſeant,recipit aliquas declarationes,ſeu limitationes:
44 Item recipit extenſionem.†Prima ſit declaratio,vt intelligatur textus noſter in lapillis,gemmis,alijsque rebus repertis in littore maris,quæ alio modo non apparebant in dominio alicuius fuiſſe : Exempli gratia:quia abſque vlla erant ſculptura, prout ipſamet natura ꝓduxerat. Secus verò ſi reperirentur gemmæ ſculptæ,ac in illis appareret artificium hominis . Quia iſto caſu daretur intelligi,quòd olim in dominio alicuius fuiſſent:quoniam ſculptæ à natura produci nõ ſolent.ita ipſe Bar.& Dd. in.l.nam quæ nobis.ĵ.cod.& ibi aliàs diximus. Dictum Bartoli ſequitur Saly. in.l. fi.C.ſi res alie.pig.da.ſit.Hæc regula locũ habet in.l.fin.C.vnde.vi vbi dicitur, *Quod tuum non eſſe ſcis,debes iudicare eſſe alie-*
45 *num.*† Secunda declaratio ſecundum Socynum hîc erat,quòd non abſque myſterio dicebat textus,*In littore maris*.Nam ſi

gem

gemmæ reperirentur in ædibus priuatorũ, vel ſi reperirentur feræ,& animalia,tunc non efficerentur inuenientiũ,quia ratione loci in dominio alterius fuiſſe exiſtimarẽtur, quandoquidem gemmæ,lapilli &c. non naſcuntur in ædibus.Et iſta declaratio procedit eodem modo ſecũdum Bar.
46 in.l.rem quæ nobis.†Tertia ſit declaratio: quod etiam non ſine myſterio dicit I.c. *In littore maris*.Nam ſi gẽmæ, & ſupradicta reperirentur in montibus,prout plerũque naſcuntur gemmæ,videlicet Smaragdi,Adamantes,& Turcici lapilli,quos aliquando inter ſaxa naſci vidi,tunc enim nõ efficiũtur inuentorum,ſed eorũ qui eſſent domini montium:Et hoc ſi Dominus montium ſolitus fuiſſet percipere commodum, & lucrum: & ad hoc eſt opt.text.in ſimil.in l.diuortio.§.ſi vir. Solut. matri. Item textus noſter licèt ponat prædicta exempla tantùm,debet tamẽ extendi ad omnia precioſa,vt ſi inueniantur in littore maris, efficiantur inuentorum, nam exempla non reſtringunt regulam.l. damni infecti.cum ſimil.de dam.inf. Et hoc videtur ſentire apertè tex.in.§.item lapilli.Inſti.de rer.di-

ui.vbi Imperator dicit, *Item lapilli, & gemmæ, & cætera*, propter illud verbum, Et cætera, apparet Imperatorem vniuerſaliter de omnibus, quæ in littore maris reperiuntur ſenſiſſe, omniaq; ſimilia iſto verbo cõtinentur, vt Doctores dicunt in l.gallus.in §.j.de lib.& poſthu.

47 VLTIMO Ex textu ſecũdum Albericũ hic colligitur, † non ſolùm inuentione acquiri gemmas, lapillos &c.ſed requiritur, vt intercedat naturalis apprehenſio: ita dicebat gloſſa ſubaudiendo ad textum, in dicto §.item lapilli.adducendo argumenta, ſcilicet text. qui optimè approbat ſententiam, dum in fine dicit, *Qui primus nactus ſit eorum poſſeſsionem*. Et ſic apparet ſolam inuentionem non ſufficere, ſed naturalem accedere oportet apprehenſionem, vt rerum magiſtra experiẽtia oſtẽdit. Quòd ſi quis rem procul videt, idcirco eius poſſeſſionẽ non nanciſcitur, niſi rẽ apprehẽdat: Et ad hoc etiã facit in ſimili tex.in l.ſi Barſatorã.C.de fideiu.vbi textus expreſsè præſentationem perſonæ promiſſę ſiſti in iudicio requirit, neque ſufficit illum inueniſſe, vt etiam Dd. dicunt inferentes

rentes ad ius municipale,ꝙ portãtes arma
48 de nocte puniat. † Nam ſi dicat ſtatutũ, ſi quis inuentus fuerit cum armis,& ad hoc vt ille puniatur, debet etiam apprehendi, vt de hac quæſtione.j.dicemus. Et propterea per textum noſtrum euertitur ſententia Porci in §.theſaurus.Inſtit.de rer.diu. inquantum tenebat contra gl.in d.§.item lapilli.& ponderabat tex.ibi, dum dicebat, Inuentoris fiunt. Quamuis enim ille text. loquatur per verbũ inuẽtoris, debet tamẽ declarari ſecundũ textũ noſtrum fiunt inuertoris,& apprehendẽtis, prout expreſſe tex.noſter hic,quem illũ nõ vidiſſe miror.

In prima Gloſſa, ibi, *Aliàs à ſedibus*.ſequendo comment.Bartoli hic quòd incipit tractre circa vltimam gloſ. partem.Ex dict.gloſ.colligitur, poſſeſsionẽ impropriè locum habere in mobilibus, & hoc propter alluſionem vocabuli,cùm
49 poſſeſsio dicta ſit a pedibus. † Iſta Gloſſa cõmuniter reprehenditur,vt patet hic per Bar.poſt Dynum:cuius ſententiam ſequũtur hic Alex.Iaſon,& alij indifferenter omnes. Ac mouetur Bart.hic per plura iura, quæ ipſemet hic adducit, præſertim per

textum noſtrum in duobus locis, in vers. in his quæ cœlo, terra, marique & in quib. locis bona mobilia capiuntur, & poſsidentur: Item in ratione ibi, *Quia naturaliter*, &c. Adducit etiam tex. in l. j. ĵ. vtrobi. Licet Accurſius ab omnibus redarguatur, credo tamen quòd eundem ſenſum habuerit, prout ipſemet Dynus fatebatur, quòd bona immobilia poſsiderentur quidem, ſed impropriè, & non æquè pariter, quoniam negari non poteſt, ꝙ non ita pariter poſsideantur propriè mobilia, ſicut immobilia. probatur in d. l. j. ĵ. vtrobi. Vbi tex. ſenſit expreſsè, bona mobilia non ita ęquè poſsideri. Secundò probatur per tex. in d. l. iij. §. Nerua. vbi apparet debiliorem eſſe poſſeſsionē in rebus mobilibus, quàm in immobilibus. Item facit, quia res mobilis eſt vilis. l. rem quæ nobis. ĵ. eo. titu.

50 † Sed ſi tenemus lecturam ad textum noſtrum, ſecundum Pandectas Florentinas, cùm textus dicat, poſſeſſio dicta eſt à ſedibus, quaſi poſitio, adiungendo poſteà rationem I C. apparet iſtam diſputationem ceſſare, quia verbum, poſitio, iuncta ratione locum habet, tam in mobilibus, quàm in immobilibus. Si verò legeretur

retur text.prout communiter legitur tunc militat adhuc diſputatio. Et ex dictis Dd. hîc, vt per Alexan.inſerebatur ad quæſtio-
51 nem,† quòd ſi teſtator legaſſet poſſeſsiones ſuas,vel poſſeſsionem rerum ſuarum, an viderentur contineri mobilia? Secũdum prædictam communem ſententiam continerentur:quoniam poſſeſsio cadit tam pro-
52 priè in res mobiles,ſicut in immobiles.†Cõtrarium autem Cynus poſt Petr.decidebat in l.fin.& ibi Bald.C.de compen.Quorum ſententiam eſt imitatus Bart.in l.vxorem. §.legauerat.in fin.de legat.iij. Eſtq; illorum fundamentum,quia iuxta cõmunem vſum loquendi in Italico idiomate verbum, poſſeſsionis, non recipit bona mobilia, qui vſus ſemper attendi debet, & præferri vtilitati,& proprietati vocabuli.l.librorum.§. quòd tamen Caſsius.de legat.iij.l. Labeo. de ſupelle.legã.l.quòd de lanionis. §. aſinã de fund.inſtr. Eodemque modo Alex.hîc tenebat.Ego autem exiſtimauerim prædictam ſententiam veram eſſe,non ſolùm ex communi vſu loquendi, verùm etiam ex proprietate vocabuli. Nam cõmunis vſus loquendi idem ſignificat,quòd proprietas

vocabuli. Appellatione enim poſſeſsionis non continentur mobilia.tex.eſt in l.ij.C.de prob.l.interdum.de verb.ſignifica.Vbi etiã textus ponit exemplum noſtræ quæſtionis, ſi teſtator legaſſet poſſeſsiones ſuas. Facit etiam pro hac ſententia:quia verbum iſtud, poſſeſsiones,in teſtamento,non poteſt intelligi de poſſeſsione naturali,& ciuili in perſona Domini,quia teſtator non poteſt relinquere poſſeſsionem nec ciuilem ,neque naturalem:ciuilis enim deſinit animo poſt mortem. naturalis quoque non tranſmittitur:eò quia eſt facti, & facta non tranſmittuntur in hæredes.l.c.dicit in l.cùm hæredes,in princ.ſ.eod.tex.dicit, *Adita hæreditate omnia iura tranſmittuntur,poſſeſsio nõ, quia eſt facti &c.* Ideò cùm verbum iſtud, poſſeſsionis,non poſsit referri ad vtramque poſſeſsionem meritò,ne inutile ſit legat.de immobilibus intelligi debet.In vno tamen recedo à DD.in quo æquiparant iſtos duos caſus ,cũ teſtator vel dicat, Lego poſſeſsiones meas,vel poſſeſsionem rerum mearum. Imò dixerim in ſecundo caſu contineri bona mobilia,propter verbum rerum mearum: quod generale eſt, vt appellatione

ne rerum mobilia, vel immobilia contineantur. l. rei appellatione. de verbor. ſignifi.

In gloſſa ibi, *Definiri.* colliguntur tres definitiones poſſeſsionis, vt Bar. quoque in ſuis commentarijs latè dicit. Ex dicta gloſ. & Bart. reſultat difficillima quæſtio, antequàm ad poſſeſsionis definitionem deſcen-
53 damus. † An poſſeſsio ſit iuris, vel facti. Super hac quæſtione, tres principales reperiũtur ſententiæ, prima, quòd ſit iuris, vt volebat Ioan. quàm Barto. & Do. communiter ſequuntur. Secunda, quòd ſit facti, quæ opinio fuit Azonis & Accurſij hîc, quorũ ſententia à pluribus recipitur. Tertia fuit, vt eſſet mixta iuris ſcilicet & facti. quam Bar. ſibi contrarius tenuit, in l. ſi is qui pro emptore. ʒ. titu. proxi. Aduertendum eſt in hac quæſtione, quòd Do. non diſſentiunt inter ſe conſiderãtes poſſeſsionem in eſſe producendam: quia omnes vnanimiter dicunt eam eſſe quid facti. Dubium verò eſt, quando poſſeſsio deducta eſt in eſſe, an ſit iuris,
54 vel facti. † Iſtas ſententias in vtramq; partem diſcutiamus primò, dein ad reconci-
55 lianda iura Do. deſcendamus. † Pro prima parte plura adducuntur, & in primis text.

in l.peregrè.in princip.ꝟ.titul. noſtr.ibi, *Ius poſſeſsionis*. Ex quo textu apparet poſſeſſionem eſſe quid iuris. Tenēdo contrarium facilè reſpōderi poteſt ad illum text. Quòd I.C.ibi, *Ius poſſeſsionis*, dicens noluit dicere poſſeſsionē eſſe iuris, ſed ibi verbum illud, *ius*, latiſsimè accipitur ꝓ titulo, poteſtate, ac authoritate aliqua. Et ita illud vocabulum eſſe exponendum, probatur per text. in l.ſi finita.§.ſi quis metu.de dam.infect. vbi I C.dicit integrum ius:& tamē ibi illud verbum, *ius*, non poteſt accipi pro poſſeſſione, ex quo ille non conſequitur poſſeſsionem, ſed dūntaxat tenutam quandam, quæ eſt quædam detentatio. Secundò pro hac ſententia communi adducitur text.in l.nemo.C.eo.dū tex.ibi dicit, duplicem eſſe poſſeſsionū ſpeciem: Vna, quæ in corpore, altera quæ in iure conſiſtit. Iſte tex.non probat communem ſententiam, videlicet poſſeſsionem ſimpliciter eſſe iuris, imò magis probat mixtam eſſe poſſeſsionem, & iuris, & facti: prout idem Bartol.in d.l.ſi is qui pro emptore.& Aretin.ſequitur, vt infrà dicam. textum tertiò adducebat in l. non ideò minùs.C.de libe. cauſ.in fine. ibi,

incon

inconcuſſum ius poſſeſsionis. Ad illum tex. reſpondetur, vt proximè dictum fuit ad tex. in d.l. peregrè. Quarto loco Bart. hîc adducebat. l. poſſeſsio quoque. j. eodem. ibi: *plurimum iuris*. & hoc per regulam. l. quæritur. de ſtat. hominum. magis conſiſtit poſſeſſio in iure, quàm in facto, & ita eſt iudicanda. Etiam iſte text. non videtur obſtare: nam quamuis dicat plurimū iuris &c. I.C. tamen ob id non vult poſſeſſionem eſſe quid iuris, ſed illa verba apponuntur habita ratione perſonæ, videlicet vſufructuarij, qui naturaliter poſſidere dicitur, vt inibi tex. dicit. & idem in. l. naturaliter. j. eo. Eſt autem ſenſus, quòd ille vſufructuarius plurimum iuris mutuabatur: quia licèt tantùm naturalem poſſeſsionem vſufructuarius habebat, habebat tamen aliquam quoque ciuilem. Quòd verò vſufructuarius, & ſimiles dicantur habere aliqualem poſſeſsionem ciuilem, voluit Glos. expreſſè in. l. ait prætor. §. itē ei. ex quib. cauſ. maio. & diximus nos etiam in d. §. qui ad nundinas. Quintò ad confirmādam hanc ſententiam, adducitur ratio Iacobi de Rauen. qui dicit, quamuis hoc lege non proba-

retur,

retur, probaretur tamē ratione: Licet enim contractus ſint facti.l.conſilio.in fine.de cu rato.furio.ex facto tamen ius oritur l.ſi ex plagis.§.in primo capite.ad leg.Aquil.quā-quā enim poſſeſsio in modo inueniendi ſit facti,ex facto tamen illo ius reſultabit,quē-admodum videmus naſci obligationem ex contractu, & nihilominùs tamen eſt iuris, cùm ſit iuris vinculum,vt Inſti.de obliga.in prin. Et huic rationi aſſentit Bart.ad quam reſponderi poteſt,ſimile non procedere in caſu noſtro. Quāuis enim poſſeſsio in eſſe deducta ſit,non tamen requiritur,quòd ex illo factó præcedente reſultare debeat ius, quemadmodum probatur in l.denique.ex quib.cau.ma.vbi textus loquitur in poſſeſ-ſione deducta in eſſe,nihilominùs tamen textus inibi dicit plurimum facti habere. Hoc idem videtur in textu noſtro, in §.ſi vir.quod ſecus eſt in cōtractu:etenim obli-gatio deſcēdēs ex cōtractu,ſemper remanet iuris. Sextó facit text.in l.liber homo.§.fi-na.ſ.titu proximo.iuncta gloſſa ibi, *ius eſt*. Quoniam reſpondetur,hoc mihi non pro-bari:cùm textus eo in loco non poſsit expo-ni ob ſenſum abſurdum,qui inde ſequere-

tur

tur,& ibidem Iuriſconſultus arguit, quod per conſequentia verba patet. Septimò facit textus in l. ſtipulatio iſta.§.ſi quis.j.de verbo.obligatio. ibi, *Vel de quolibet alio iure*, Et dictio, *alio*, denotare ſolet ſimilitudinem. Cũ ergo dicatur ibi de poſſeſsione, ac deinde textus ſubiungat, Et de quolibet alio iure.&c. Manifeſtum igitur eſt, poſſeſſionem eſſe iuris. Verùm ad textum iſtum duobus modis reſponderi poteſt: Primò quòd illa verba, de quolibet alio iure.&c. non inducant ſimilitudinem. Quoniam id quod dicitur huiuſmodi, ſcilicet dictiones æquipararí, procedit in pœnalibus. ita Socynus dicebat, in l. quidam relegatus. verſic. tertio de rebus dubijs. & ſequitur in l.iij.de ſerui.fugitiu.in vltimo notabili. Vel ſecundò, ꝙ illa verba de quolibet &c. reſpiciunt vſum, & vſufructũ, quæ iuris ſunt, & non refertur ad verbũ, poſſeſsionem. Et ſic illud ius latè accipitur pro quolibet iure, vt ſupradictum eſt. Octauò videtur eſſe textus in l. cùm hęredes. in princip. infra eodem. vbi dicitur, ꝙ omnia iura hæreditaria tranſeunt in hæredẽ, excepta poſſeſsione: Ergo poſſeſsio eſt iuris, aliàs non eſſet bona exceptio cũ

eſſe

eſſe debeat.de regula l.nam quod liquidè. §.fi. de pœn.legat.cum ſimilibus.verũ tex. iſte vt infrà apparebit, potiùs probat contrarium,quòd poſſeſsio non ſit iuris.Et ita tex. adducitur pro parte contraria, quia enim ibi de tranſlatione iurium tractatur, I.C.noluit poſſeſsionem transferri,eò quia poſseſsio eſt facti,& poſtliminium non habet locum,niſi in his quæ ſunt iuris:vt in d. l.denique.Nonò facit text.in l.qui pignoris: infrà eodem.ibi,cùm plus iuris &c. Ad quem tex.reſpondetur prout ſupra ad alia iura.Decimò adducitur tex.in l.iuſta.infrá vti poſsidetis. dum text.dicit, *Quod qui poſſeſſor eſt plus iuris, &c.* Ad text.iſtum reſpondetur, vti iam ſæpe dictum eſt.Secundò ibi ius accipitur quantum ad iuris, effectum, qui ſequitur, non quoad ſubſtantiam poſſeſsionis. Vndecimò comprobatur iſta ſententia, per rationem ſatis probabilẽ,cujus author fuit Aretinus hîc, quam ſibi Iaſon adſcribit,eadem etiam ex dictis Bartoli colligitur poſſeſsionem ideò iuris eſſe,& non facti,quia ſi eſſet facti, ſeruus poſsidere poſſet, quoniam eorum capax eſt quæ in facto conſiſtunt. §.ſed cùm

factum

factũ. Inſti. de inutil. ſtipula. ſed ſeruus non poteſt poſsidere, ſed tantũ tenere. l. quod ſeruus. j. co. l. nũquã. j. ti. prox. & in l. poſſeſsio. §. j. j. eod. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. de verb. obli. Ergo manifeſtè apparet poſſeſsionem eſſe iuris & non facti. Contrarium autem tenendo reſpõdetur, quòd quis ſeruus poſsidere nequeat, propterea tamen nõ ſequi poſſeſsionem iuris eſſe. Quia non ſolùm ſeruus non poſsidet ciuiliter, verumetiam nec naturaliter, vt patet in d. iurib. Et ideò poſsidere non poteſt, non quia poſſeſsio ſit iuris, ſed quia ex poſſeſsione plures iuris reſultant effectus, qui poſteà cadere in ſeruum deberent, ſi poſsideret, quod eſſet contra regulas iuris, cùm ſeruus pro nihilo habeatur quantum ad ea quæ iuris ſunt. l. quod attinet. de reg. iur. Duodecimò probatur, quia in iure dominium pro poſſeſsione continetur. l. ij. C. de proba. l. fi. ver. quid enim prodeſt. C. de præſcript. longi temp. & ibi gl. tex. eſt in l. interdũ. j. de verb. ſignificat. Ad hoc reſpondetur, quòd licèt nomine poſſeſsionis veniat dominium, non tamẽ ideò ſequitur eſſe iuris. Quòd nomen poſſeſsionis largè cõtineat dominium, hoc

namque ꝓuenit ex lata quadam ſignificatione, iuncto etiam communi vſu loquẽdi. vt patet in d.l. interdum: regulam eſſe in contrarium, & quòd poſſeſsio differat à po proprietate, probat l.quæſtio.j.de ver.ſigni. Decimò tertiò aliàs adducebam rationem pro hac communi ſententia, poſſeſsionem ſcilicet eſſe iuris. Nam ea dicebam, quę ſunt incorporalia atque in animo conſiſtunt dicũtur iuris eſſę. tex.eſt in Inſt.de re.cor & incorpora. & in l.j.de rer.diui. Verũ poſſeſſio poſtquàm in eſſe deducta eſt, animo retinetur.l.licet.C.eo.& d.§.qui ad nundinas. meritò iudicandum eſſet, poſſeſsionem eſſe iuris. Ita reperio Angelum, Areti. dixiſſe in Inſti.de reb.corp.& incorpo.vbi exemplum in poſſeſsione poſuit. Sed tenendo contrariũ poſſet reſponderi, quòd quãuis ſit animus incorporalis, ideò tamẽ conſequẽs non eſſe, quòd ſit iuris, licet animo retineatur. Quandoquidẽ ſecundum cõmunem ſentẽtiam animus eſt quid facti.l.in bonæfidei.ſ. titu.proxi. Aut ſecundò etiam hunc in modum reſpondetur, quòd licèt animus ſit iuris, vti ſuperiore loco dicebamus, videlicet extrinſecè, nõ tamen ſequitur, vt ob id poſ-

ſeſsio

ſeſsio ſit iuris,quoniam poſſeſsio ab animo eſt ſeparata,& differt poſſeſsio retenta à retinente,quemadmodum contentum à continente. Decimoquartò probatur per l.in conuentionalibus.§.j.j.de verbo.obligatio. vbi ſi quis ſtipuletur vacuam poſſeſsionem tradi, nō nudum factum,ſed cauſam bonorum,& ſic traditionem,per conſequens ius ſub vniuerſitate. Ad textum iſtum reſpondet hîc Alex.illum nihil probare, quamobrem verò non probet, non oſtendit.Peruſini tamen hîc declarant ſic,quandoquidem ibi conſideratur actus traditionis,meritò textus ille probare non videtur.Decimo quintò facit text.in d.l.poſſeſsio.§.j.ibi, *Non tam facti,quàm iuris*,quoniam reſpondetur,quòd ille tex.contrarium potiùs probet,poſſeſsionem ſcilicet fore mixtã. Item magis pōderare videtur I.C.textum,& factum,quàm ius ex modo dicendi.Decimòſextò allegatur l.ſi quis à ſe fundum,ibi,*Iura poſſeſsionis*.C.vnde vi.Reſpōdetur enim ad textum illum,quemadmodum ſuprà ad alia iura eſt reſponſum. Decimoſeptimò adducitur l.ſi ea res.in fine.de actio.empti. ibi,*potior eſt ille,qui priùs ius apprenbende-*

rit,& I.C. ibi exponit, id eſt, cuius res primò tradita fuerit. Ad iſtum text. reſpondetur, I.C. conſideraſſe effectus reſultantes ex poſ ſeſsione, à poſſeſsione ſeparatos, non autem quod poſſeſsio ſit iuris, cùm omnino ſeparata ſit, ideóque textus ille nihil impedimēti ad fert.

56 †Secunda Principalis ſententia eſt, quæ fuit Azonis in ſecunda defini tione, cui Accurſius aſtipulatur. Roma. Pe. de Boſcontio, atque alij quamplures, quos enumerant Alex. & Iaſon hîc. Pro qua ſen tentia confirmanda adducitur tex. noſter in duob. locis, primo, in §. ſeq. & in §. ſi vir. in quib. expreſſè dicitur poſſeſsionem eſſe facti. Contarium autem tenendo, facilè reſponderi poteſt, quod iura prædicta loquuntur de poſſeſsione in modo ineundi, vt ibi expreſſè apparet, merito leges dicunt eſſe facti. quo caſu vt diximus ſuprà Dyn. Bartol. & omnes fatentur ab initio poſſeſs ionem eſſe quid facti. & ita gloſſ. ibi intellexit in verbo, eam rem. Eodem modo intellexit Socyn. hîc. idemque ſequuntur repetentes Florentini hîc. Sed reſponſio Ruyni eſt debilis, quæ ibi eſt,

dictio *enim*, quę eſt relatiua. Ideo cùm dicatur an poſsit poſsidere, & addatur. Ea enim &c. debet intelligi de poſſeſsione. Verũ dices tu, quæſtionẽ mihi eſſe, nõ án poſsit poſſidere, ſed an poſsit incipere poſſidere, & reſpõſio intelligi debet ſecundum præcedentem quæſtionem, quemadmodum dicitur, reſponſionem debere eſſe conformẽ interrogationi. arg. §. prętereà. Inſt. de inu. ſtipu. Ad tex. vero in d. §. ſi vir. alio modo reſpondetur: nam ibi pręſupponitur quod poſſeſsio deducta ſit ad eſſe. Reſpondetur enim quod hinc I.C. ibi dixerunt, ius ciuile non poſſe tollere poſſeſsionem, non ergo ſequitur poſſeſsionem eſſe facti. verùm quod lex non poſsit tollere poſſeſsionem, & ea quæ ſunt facti, ac facta non habere pro infectis, probat. l. in bello. §. facta. de capt. & poſtlim. reuerſ. Secundo pro hac ſententia adducitur tex. in. l. j. §. Scæuola. ſi quis teſt. lib. eſſe ius. fuer. ibi, *Quia poſſeſsio facti eſt, & animi.* Ergo apparet poſſeſsionem eſſe facti, quia eodem modo reſpondetur ad illum textum, quod loquatur de acquiſitione poſſeſsionis, & ſic in modo ineundi, neque verba illa, *facti, & animi*, aliter in-

terpretari poſſunt, quam ſi dictum fuiſſet, in acquiſitione poſſeſsionis corpus, animumque requiri. dicta l. iij. in princip. in l. quemadmodum. cum alijs. infrà eodem. Etenim ſi loqueretur de poſſeſsione in eſſe perducta, non requireretur niſi animus, nam ſolus animus ſufficit ad retinendam poſſeſsionem. dicta l. licet. Itaque manifeſtum eſt, cùm dicat text. poſſeſſio facti, & animi eſt, loqui illum in modo ineundi.

Tertiò pro hac ſententia facit text. in l. denique. ex quibus cauſis maio. ibi, plurimum facti habet. Iſtum textum adducit Petrus de Bozantio, qui dicit ibi eſſe, quando poſſeſsio deducta erat in eſſe, quod patet ibi, cùm loquatur de poſſeſsione acquiſita, quæ fuit perdita, nõ potuiſſet amitti, niſi pri' fuiſſet acquiſita. Priuatio enim præſupponit habitum. l. decem. de verbo. obligat. l. manumiſsiones. de iuſtit. & iure. Et ita tenendo non obſtat reſponſio Iaſonis: quòd cùm tractetur de recuperãda poſſeſsione, perinde eſt, ac ſi tractaretur de apprehenſione poſſeſsionis: Reſpõderi enim poſſet, ibi poſſeſsionem non conſiderari in

modo

modo ineundi,ſed vt in eſſe deductã.Contrarium verò tenendo text.ille non probat, nam ſi loqueretur de poſſeſsione in eſſe deducta, textus non diceret, plurimum facti habet, imò facti & iuris eſſet. dicta l. poſſeſsio. in princip. infra eodem. Quarto loco adducebatur text. in.l.poſſeſſionem pupillus.qui text.expreſſè quoque loquitur de poſſeſsione in eſſe deducta, per ſupradicta: cùm ibi quæratur, An pupillus poſsit amittere poſſeſsionem. & quæ in corpore conſiſtit illum amittere poſſe I.C. dicit:ratio eſt, quia illa in facto conſiſtit, dicta l.noſtra.§.primo. & ſic de neceſsitate videtur ille text. intelligere de poſſeſſione deducta in eſſe.Veruntamen defendendo communnem, reſpondetur iam memoratum textum probare contrarium, cùm I.C. ibi non indiſtinctè velit pupillum poſſe deſinere poſſidere, ſed diſtinxit, aut poſſeſsio conſiſtit in corpore,& poſſe illum, aut in animo,& nequaquam poſſe arbitratur. Animus ibi accipitur pro iure extrinſecè:quia ſi animus eſſet quid facti, vtique poſſet.Et quòd animus cõſideretur tanquàm iuris ibi in textu apparet.in d.l.

tio iuris. Sextò pro hac ſententia adducebatur aliàs à me tex.in l.quæſtio.de verbo, ſignifi.per quem Alciatus ibi omnino probat, poſſeſsionem eſſe quid facti. Ad quod tamen reſponderi poſſet, quod licet poſſeſſio ſit vſus, non tamen ſimpliciter eſt vſus, ſed ſequitur iuris effectus, quoniam ex poſſeſsione reſultat vſucapio.l.ſine poſſeſsione.cũ ſimil.j.tit.prox. Item poſſeſsio omnino ſeparata eſt ab illo facto, potiſsimũ cùm in eſſe deducta eſt. Septimo ꝓ hac ſentẽtia facit tex.in l.cùm hæredes.j.eod.vbi conſpicuè liquet, poſſeſsionem eſſe facti: cùm tex. dicat, adita hæreditate omnia iura trãſferri in hæredem, excepta poſſeſsione. Sequitur ergo poſſeſsionem non eſſe quid iuris. Pro defenſione communis reſponderi poteſt, textũ illum totũ probare contrariũ. Cùm enim ibi excipiatur poſſeſsio, ergo apparet poſſeſsionem eſſe quid iuris, aliàs non eſſet bona exceptio, prout eſſe debet.l.nã quòd liquidè.§.fi.de penu.legã. Ac iſte quidem text. quemadmodum. ſ. demonſtrauimus pro communi ſententia allegabatur. Alia poteſt ſubiungi reſponſio: quamuis poſſeſſio quid facti habeat, plurimum tamen ha-

bet iuris d.l.poſſeſsio.in princi. Atque hæc eſt ratio, quamobrem poſſeſsio in hæredē non tranſmittatur, non quòd poſſeſsio non ſit iuris, ſed quia ius hæreditatis non eſt annexum hæreditati: ita declarat I.C. in d.l. j.§.Scęuola. vbi hanc aſsignat rationē, quare poſſeſsio in hæredem non tranſeat. Præterea reſpondere quis poteſt, textum illum loqui de poſſeſsione in modo ineundi, ideòque ibi dicitur poſſeſsionem non tranſmitti: nam poſſeſsio, quę erat in perſona defuncti, extincta fuit per mortem eius naturalem: meritò lex eam transferri noluit, ſed perinde haberi ſtatuit, ac ſi poſſeſsio ab initio eſſet apprehendenda, prout videmus idem in morte contingere ciuili. d.l. deniq; ex quib.cau.maio. Octauò roboratur poſſeſsionem non eſſe iuris, ſed facti: nam vera illum ſequuntur quocunq; vadat. l.fina. C. de longi tempo.præſcri. Verùm ſi quis poſſideret naturaliter, nullo modo retinet poſſeſsionem. d.l.clam poſsidere. §.qui ad nundinas. Imò in mobilibus perditur etiam ciuilis poſſeſsio. d.l.iij.§. Nerua filius. j.eod. Ad iſtud fundamētum haud difficulter reſponderi poteſt: nam ciuilis poſſeſsio ſem-

per

per retinetur quocunque quis vadat.d.§. qui ad nundinas. Manifeſtũ igitur eſt, poſſeſsionem eſſe quid iuris, licèt locũ non habeat in poſſeſsiõe naturali. Nonò facit tex. in l.nemo.C.e.& d.l.poſſeſsio quoq;. In quibus iuribus, alijſque conſimili. apparet poſſsionem eſſe facti. Ad hæc iura reſpõdebis: quòd non ſimpliciter dicant poſſeſsionem eſſe facti, ſed duas eſſe qualitates in poſſeſſione, vnam quæ in corpore, alteram quæ in animo conſiſtat, ac inibi animus accipitur pro iure, & ſic potiùs probant contrarium. Decimò probatur ratione, nã ſi poſſeſsio non amitti poſſet ſolo animo abſque alio facto, ſeu cauſa: nam iura non amittuntur ſolo animo, verùm neceſſe eſt, vt interueniat cauſa & titulus, vt in terminis hoc dicit I.C. hanc aſsignans rationem inter poſſeſsionem, & dominium, quod iuris eſt, in l.ſi quis vi.§. differentia.j.eod. Huic rationi quæ obſtare videtur, ſic poteſt occurri; quòd non propterea ſequitur poſſeſsionem eſſe facti cũ ſolo animo amitti poſsit. d.§.qui ad nundinas. quando enim quis deſinit poſsidere animo, interuenit etiam factum aliquod extrinſecum, propter quod

lex

lex ita interpretatur, vt patet in d. §. qui ad nundinas. cum ſeq. & in l. ſi quis id quod. §. fin. j. eod. Et ex ſupradictis omnib. manifeſtum eſt, articulum iſtum eſſe difficillimũ, & in vtranque partem diſputari poſſe, quo niam iura inter ſe tã diſcordia ſint, vt quis ægrè poſsit colligere, vtrum poſſeſsio ſit iu
57 ris, vel facti, vel mixta. † Idcirco ſubtilis Aretinus hîc iura inuicem conciliare, & componere conabatur, dicens poſſeſsionem non eſſe iuris, nec facti ſimpliciter, ſed mixtam, tam iuris, quã facti. Cuius opinio probatur per text. in l. poſſeſsio. j. eod. ibi, *Non tam facti, quàm iuris eſt.* & in. l. j. §. Scæuola. ſi quis teſt. lib. eſſe ius. fuer. ibi, *Facti & animi eſt poſſeſsio.* Ad idẽ videbatur text. in l. nemo. C. eod. & in d. l. poſſeſsionem pupillus. quæ ſingulæ leges idem dicunt. Et quan quam Aretinus hanc pro ſua vſurpauerit ſententiam, originaliter tamen fuit Bartoli in l. ſi is qui pro emptore. col. iij. in ij. opp. j. titu. prox. quem ſecutus eſt Anchar. in regula, ſine poſſeſsione. de re. iur. in vj. † Quã
58 uis verò hæc ſententia probabilis videatur, ab omnibus tamen poſterioribus reiecta eſt. vt hîc per Socyn. Iaſon. & omnes recentiores.

res:quanquam Iaſon fuerit ſibi cõtrarius. In prima enim lectura hanc ſententiam ſequebatur quam Bononienſes, Florentini, Claudi⁹ à Sciſellis,ac Peruſini vno ore reijciunt,omnibuſque iurib.per Aretinum ſuprà adductis reſpondent. Ac huiuſmodi Aretini ſententiam eſſe reſpuendam probatur ratione impoſsibilitatis,quia ſi poſſeſſio eſſet iuris, & facti,duæ qualitates mutuò ſibi contrariæ in eodem ſubiecto manerent:id quod planè eſt impoſsibile.ar.l.iij.§. ex cõtrario.j.eo. Reſultaret deinde abſurdum,quãdoquidẽ hoc modo poſſeſsio partim corporea partim eſſet incorporea:Corporea diceretur,quoniam facti eſſet,vt in lege noſtra patet,in.§.j. Incorporea verò reſpectu iuris,cùm iura incorporea dicantur. Inſt.de reb.corp.& incor.in prin. Tertiò obſtare videtur impedimentum coniunctionis.ex facto enim ius oritur.l.ſi ex plagis.§. in cliuo Capitolino.cùm ſimili.ad le.Aquil. Sed quamprimum poſſeſsio in eſſe eſt deducta,ſtatim naſcitur ius,idcirco nõ poſſunt ſimul coniungi:quoniã poſteà factum ampliùs non conſideraretur tanquam diuerſum à iure poſſeſsionis.

59 † Quarto poſthæc

loco

loco Socynus hîc alio modo hanc controuerſiam dirimere conabatur diſtinguendo tres caſus, quòd aut conſideratur poſſeſsio in actu acquiſitionis, aut poſtquàm eſt deducta in eſſe, aut propter retentionem. Primo caſu dicebat poſſeſsionem eſſe facti, & ita intelligebat textum noſtrum in §. j. & d. l. j. §. Scæuola. Secũdo caſu dicebat poſſeſſionem eſſe iuris. d. l. peregrè. cum aliis cõſimilib. Tertio verò caſu dicebat eſſe poſſeſſionem facti, eò quòd animus operatur in retinenda poſſeſsione, ac conſiſtit in facto. d. l. in bonæfidei §. j. & per ſententiam Bar. cõmuniter receptã in d. l. ſi. is qui proempto re. Hanc ſentẽtiã, & diſtinctionẽ magnis laudibus extollunt recentiores Ticinenſes, & Tholoſates in d. l. naturaliter. §. nihil cõmune. j. c. Sed quãuis iſtiusmodi diſtinctio ſatis videatur ꝓbabilis, in duob⁹ tamẽ caſibus nihil noui adducit, quia in primis duob⁹ caſibus, Dd. communiter cõſentiunt, in tertio vero caſu, nullomodo iſta diſtinctio ꝓcedit. Nã non, ſequitur, poſſeſsio retinetur animo ergo poſſeſsio deducta in eſſe debet iudicari quid facti. Etenim vt ſ. dixim⁹, animus in materia noſtra nõ, eſt quid facti, vt Dd. ſim-

ſimpliciter aſſerunt, imò eſt iuris, vt diximus in principio, & iam ſæpiùs eſt repetitum, & probatur expreſsè per text.in d.l. poſſeſsionem.& in d.l.nemo.& in d.§. Scæuola.pluribusque alijs in locis.Item illud quod diſpoſitum eſt per legẽ, vt animo poſſeſsio in eſſe deducta conſeruetur.d.l.licet. & d.§.q̃ ad nũdinas.hoc mere procedit ex diſpoſitione legis, vt poſſeſsio, quę facti eſt, animo cõſeruari poſsit, ex quo corpore naturaliter ſeruari nõ poteſt.Cũ ergo retẽtio poſſeſsionis à lege procedat per quandam interpretationẽ, meritò iudicandus eſt animus quid iuris, & nõ quid facti, cùm ſit mera legis diſpoſitio, atque iſta retentio, quæ fit animo, iudicatur à lege poſſeſsio ciuilis, haud iniuria, vt iam dixi etiam in tertio caſu quid iuris appellari debet.
60 †Quid ergo in tam difficili articulo cõcludendum ſit Dd. valdè fuerunt ancipites ob legum diuerſitatem: mihi verò nunquam non libuit aliam accedere diſtinctionem, huius opera iura ſupradicta componere, atque conciliare. Et primo caſu aut cõſiderabatur poſſeſsiò ſecundum quidditatẽ ac ſubſtantiam, atq; primordialem naturam: aut conſideratur ſecun-

ſecundum formã, & qualitates à lege habitas, nec non iuris approbatione, ſi cõſideratur poſſeſsio ſecundum primum caſum, tunc dicerem poſſeſsionem eſſe meri facti, non diſtinguendo tempus, imò ſiue in actu acquiſitionis, & in modo ineundi, ſiue poſtquàm deducta eſt in eſſe, ſemper poſſeſsio ſit quid facti, & non iuris. Quòd ſit facti in modo ineundi, omnes conueniũt, vt hîc per Barto. Alex. & reliquos in d.l. noſtra. §. j. & d. §. Scæuola. Facit etiam text. in d.l. cũ hæredes. cum plurib. ſecundo caſu etiam remaneat quid facti, quamuis verò aliquid iuris habeat, principaliter tamen eſt facti. Et quòd poſſeſsio ſemper ſit facti, complures adferri poſſunt rationes, quarum nõnullas tradit Alciatus de quinque ped. præſcr. aliquas etiam nos adducemus. Ac in primis quòd debeat iudicari poſſeſsio facti, facit illud, vulgatum cauſatum eiuſdem debere eſſe naturæ, cuius eſt cauſa. tex. eſt in l. manumiſsiónes. de iuſtit. & iure. & ibi Dd. in l. quominùs. & ibi Iaſon. de flumi. ſed poſſeſſio prouenit à facto, hoc eſt a naturali apprehenſione, quæ eſt facti, ideò ſemper remanere quid facti, probat etiam Alciatus

per

per plura exempla. quamuis. nu. à lege titulus reprobetur, non tamē denegatur poſſeſsio, vt eſt videre in lege noſtra. in §. ſi vir. Deinde & ſi res poſsidēdo ꝓhibeatur, vt liber homo, poſſeſsio tamen naturalis non prohibetur. d. l. cùm hæredes. §. final. j. cod. Præterea licet ſeruus poſsidere prohibeatur. l. quod ſeruus. j. eod. & l. ſeruus. j. titul. proxi. naturalis tamen poſſeſsio non prohibetur. §. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. de verbo. obliga. nec mutata debet eſſe natura poſſeſsionis, quandoquidem à principio facti fuerit, nam naturalis poſſeſsio ſemper militat, quæ in facto coſiſtit, ac quoties illā quis conſequi poteſt, re acquiritur. d. §. qui ad nundinas. Animus quoque tam in retinenda, quàm amittenda poſſeſsione multùm dominatur. d. l. poſſeſsionem, qui animus, vt ſæpè iam dictum eſt, pro iure iudicatur. Et quod poſſeſsio non immutet naturam etiamſi fuerit deducta in eſſe, facit, quod ſi mutaret naturam, ac iuris efficeretur, vt magis recepta fert ſententia, ſequeretur poſſeſsionem ſolo animo amitti nō poſſe, quoniam iura, quemadmodum ſ. retulimus, ſolo animo non amittuntur, vt

in d. §. differentia demonſtratur. Neque refragantur ſuperiora: atque in primis reſponſio. s. data, quia non interuenit factum naturale, ſed tãtùm factum ex legis interrerpretatione. Facit etiam quòd poſſeſsio nullo modo ſit iuris, text. in d. l. bonæ fidei. vbi dicitur poſsidere non eſſe iuris, ſed ius eſſe vſucapionem, atque ille verè iuris effectus eſt: at poſſeſsio nequaquã iuris eſt, ſed tantũ iuris effectus parit. Apta enim eſt ad pariendũ vſucapionem, cũ vſucapio abſq; poſſeſsione procedere non poſsit. d. l. ſine poſſeſsione. ǁ. titu. proxi. & de reg. iur. in vj. Idem quoque probatur per textum iuxta Alcia. in l. quæſtio. de ver. ſig. quem textum ego alibi ponderabã, dum I. C. dicit poſſeſſionem eſſe vſum, & ſic facti. Neque me remoratur reſponſio. s. à nobis obiecta. Etenim ſi poſſeſsio eſt vſus, datur intelligi quod reſpicit actum continuũ, verùm continuus actus purè eſt quid facti, non conſiderando poſſeſsionem, & poſſeſsio in caſu noſtro eſt ſeparata à iure vſucapionis. Poſtremò poſſeſsionem eſſe facti quocũque tempore, vt dictum eſt, ſic probauerim. Nam in poſſeſsione etiam deducta in eſſe duplici-

ter conſideratur,nimirum vt poſſeſsio natu ralis,& ciuilis: ſed ciuilis retinetur animo, & licèt aliquis perdat naturalem propter rei abſentiam,ſi tamen actu non poſsidet, & naturaliter,potentia tamen poſsidere po teſt,ac ſtatim vbi naturalem poſſeſsionem nanciſci poteſt,illam recuperat,ingrediendoque fundum, deſinit animo poſsidere ciuiliter, ideoque in potentia conſideratur ſemper naturalis poſſeſsio, ſicque factum ſemper verſatur verè, vel interpretatiuè, propterea poſſeſsio quid facti,non quid iuris eſt iudicanda. Secundo verò caſu dicerem poſſeſsionem eſſe iuris, propter formam,quæ dat eſſe rei.l.nam & ſi quis.ad exhibendum. cum ſimilibus.& ob qualitates additas, nec non approbationem,cùm lege, vt dictum eſt, approbetur, improbat quandoque poſſeſsionem.Item quia lex inuenit formam circa poſſeſsionem retinendam,quo animo retineatur, hancque ob cauſam poſſeſsionem eſſe quid iuris eſt ſtatuendum. Huiuſmodi vero diſtinctio com probatur in ſimilibus. Quamuis enim actiones ſint iuris gentium quoad quidditatem; & ſubſtantiam; atque originem,

quia priùs omnia manu regia adminiſtrabantur, actiones tamen dicuntur eſſe iuris ciuilis,quantum ad formam, & ſolennitates.l. ij. §. ex his de origi.iur.patet etiam in ſtipulatione,quæ iuris gentium eſt,quantum ad conſenſum.l. j. §.conuentionis. de pact.veruntamen quoad formam, ſtipulatio eſt iuris ciuilis.§.de conſtituta.Inſtit.de actionib. Ac plura exempla in ſimili adduci poſſent,quòd leges rem aliquam diuerſis reſpectibus iudicent. Hac igitur ratione ad concordiã omnia iura reducuntur,quatenus dicunt poſſeſsionem eſſe facti:quippe vt procedant,quantum ad quidditatem,& ſubſtantiam,attenta origine,& facto, quod in ea nunquam non verſatur. Quãtum verò ad formam,aliaque procedant iura,quæ dicunt poſſeſsionem eſſe iuris, ac propterea I.C.aliquando dicit poſſeſsionem eſſe iuris,& facti,vt in ſupradictis iuribus oſtenditur,non quòd vno momento,ſed quòd diuerſis repectibus. Atque hæc cõcordia vniuerſam tollit difficultatem, facileque abſ-
61 que omni diuinatione procedit.† Porrò ne præſentis inueſtigationis diſputatio inutilis ſit,quamuis ſit maxime vtilitatis de principijs

piјs inueſtigare,ne ignorentur illa circa naturam poſſeſsionis,quæ facilè cognoſcitur ex ſupradicta diſputatione,cõſiderabimus tamen iam deinceps nonnullas vtilitates in
62 ſpecie.† Sitque hæc prima,de qua Dd.hîc. quod licèt in reſcriptis principum ſtricta fiat interpretatio,ſi tamen in reſcripto fieret mentio per huiuſmodi verba, *Cognoſcas ſuper iure,quod titius habet in tali re, vel ſuper tali beneficio*, iudex tunc delegatus poterit cognoſcere etiam ſuper cauſa poſſeſsionis,ſi verũ ſit,quòd poſſeſsio ſit ius,quemadmodum Dd.communibus aſſerunt ſuffragiјs,vt ſuprà diximus.Hoc fuit originale dictum Innocentiј in c.Epiſcopi.de rebus eccl.non alien.& ibi Bald. ſequitur,vbi voluit,quod ſi verba directa eſſent ad iudicẽ, videlicèt,*Studeas ius & proprietatem eccleſiæ reuocare.* per huiuſmodi verba includi poſſeſsionem.hoc idem dicebat Bald.in l. pen.col.pen.C.ſi à non comp.iudic.fue.appel.& in l.iubemus. § ſane.il.ij.in fin.C.de ſacroſ.ecc & in l.ſi mulier.§.poſſeſsionem. quod met.cauſ.& iſtud dictum ſequuntur Aretinus hîc,& Iaſon.Adde Gomeſium in Comm.ſuper Reg.Cancellariæ,in v.quæſ.

qui idem dicit, & Speculatorem addit in titu. de probat. §. videndum. verſ. ſed pone ſtatutum. Et ſic non fuit originale dictum
63 Innocentij. †. Veruntamen iſta concluſio ab omnibus communi calculo approbata, aliqua dubitatione non caret. Etenim ſi cõmuni ſententiæ contradiceremus, prout ſ. diximus, poſſeſsionem ſcilicèt eſſe facti, cõcluſio hæc non procederet, verum conceſſo quoq; ſententiam communem eſſe veram, ſi tamen vacua eſſet poſſeſsio tempore reſcripti, quia fortaſſe nullus adijſſet hæreditatem, nec apprehenſa fuiſſet rerum poſſeſſio, & ſic iacente hæreditate beneficium rectore vacabat: iſto caſu iudex delegatus nõ poſſet cognoſcere ſuper poſſeſſorio, nõ obſtantibus verbis reſcripti: ſuper iure. Nam tali caſu poſſeſsio non eſſet quid iuris, meri tantùm eſſet facti, vt DD. dicunt. & ad hoc optimè facit text. in l. cùm hæredes. in princip. infra eodem. vbi oſtenditur appellatione iuris poſſeſsionem non contineri: quoniam adhuc apprehenſa nõ fuerit. Facit etiam text. in l. prima. §. Scæuola. ſi quis teſt. lib. eſſe ius. fuer. nec non text. noſter in §. j. vbi vult poſſeſsionem facti eſſe, & non

64 iuris. † Secunda eſt vtilitas, vt ſi clerico conceſſa fuiſſet poteſtas poſsidendi eccleſias, poſsit etiam teſtari de iuribus beneficiorum, nec non & de fructibus acquiſitis ex beneficio: cùm poſſeſsio iuris ſit, vt ſuprà dictum eſt. Hoc in ſpecie voluit Alexand. in conſil. xv. incipient: Reuerendiſsime

65 Domine. libro ſecundo. † Tertia vtilitas eſt, an poſſeſsio ſit iuris, vel facti, vt ſi reſcripto Principis fieret mentio de non auferendo iure quæſito, quæ clauſula ſemper apponi ſolet, præſertim in literis Apoſtolicis. Nam principes non poſſunt tollere ius quæſitum abſque cauſa. vt Dd. volunt. l. finali. C. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam. & capitul. quæ in eccleſiarum. de conſtitutio. Nam regula iuris eſt, ius quæſitum tolli non poſſe. l. finali. cum ſimilibus. de pactis. Tali caſu verba reſcripti extenderentur etiam ad poſſeſsionem, quoniam poſſeſsio iuris eſt, ad hoc adduco Abbat. in capitulo primo. columna tertia. verſic. item contra hoc dictum. de reſcript. Anchara. in conſilio. cxix. Anchar. in capitulo ſi propter. de reſcript. libro ſexto. & Calder. in conſilio. cxix. in titu. de præbend.

Paria autem ſunt habere poſſeſsionem, vel ius quæſitum: vt voluit Imola. in conſilio 121. in j. & ij. colum. Socynus in conſil. 15. col. pen. in fine, lib. iij. & in conſil. 120. incip.
66 Nomini. in v, et vj. colum. eod. lib. † Gomeſius in præallegato loco, quæſtione quinta, vbi in ſpecie hanc ponit quæſtionem, & refert Dominos Sacri Palatij ſæpiſsimè hoc decidiſſe ſecundũ regulam de non tollendo iure quæſito, quod locum in poſſeſsione habeat, ac plures deciſiones adducit, idque per communem ſententiam in lege noſtra,
76 quòd poſſeſsio ſit iuris. † Quarta vtilitas poteſt conſiderari, nam plurimum referre videtur, vtrum poſſeſsio ſit iuris, vel facti, ſi enim iuris eſſet, tolli poſſet per principẽ, qui ſupra ius eſt, ſin verò facti, nequaquàm tollitur, vt in lege noſtra patet, in §. ſi vir. vbi expreſsim oſtẽdit I.C. poſſeſsionem tolli non poſſe. facit quoque regula in l. in bello. §. facta. j. de capti. & poſtlim. reuerſ.
68 ac propterea infero, † Quòd licèt princeps poſsit tollere poſſeſsionem, quę iuris eſt, vt dominus, cùm ſeruus prohibeatur poſsidere ciuiliter. l. quòd ſeruus. j. eod. l. nunquam. §. j. j. titu. proxi. item in re ſacra. d. l.
vniuer-

vniuerſas.§.j. naturalem tamen poſſeſſionem, quæ facti eſt, tollere non poterit, vt patet in l.ſtipulatio iſta.§.hæc quoque.j.de verbo.oblig. Ratio eſt quam.s.reddidimus. Poſſeſsio naturalis naturali ratione à iure gentium cognita, non poteſt tolli.§.ſed naturalia.cum vulg.de iure.gent. Nam naturalis ratio per ius poſitiuum tolli non poteſt. l.j.& ij. de vſufruct. ear.rer. quæ vſu conſu.vbi Bald.dicit, quando naturalis ra-
69 tio negat, l. g.m non audere.† Et ex prædictis etiã inferri poteſt, ad quotidianũ illud quod in facto conſiſtit, quòd ſi Cæſar aliquem vaſallum ob crimen læſæ Maieſtatis iure feudi priuatú reſtitueret ad feudum, ac omne ius illius feudi, quòd non cenſeretur per hoc reſtitutus ad poſſeſsionem feudi. Quamuis enim poſſeſsio iuxta communem ſententiam ſit iuris, hoc tamen procedit, quando poſſeſsio in eſſe deducta eſt, ſed in caſu noſtro procedere illud non poteſt. Quanquã enim poſſeſsio in eſſe deducta fuiſſet, quoniam tamen ob crimen læſæ Maieſtatis amiſſa erat, perinde iudicatur, ac ſi poſſeſsio eſſet in modo ineundi, vt eſt opti.text.in d.l. denique.ex quibus cau.

maior.vbi licèt reuerſus ab hoſtibus recuperet omnia iura,iure poſtliminij, nō tamē recuperat poſſeſsionem,per rationem, quā ibi tradit,cū poſſeſsiō plurimū facti habeat, & ob id neceſſe eſſet,vt in reſtitutione diceretur,rèſtituimus te ad omne ius feudi atq;
70 poſſeſsionem.† Eodem ſanè modo de litteris Pontificis,eiusq; gratiis dici poteſt, ꝙ ſi quis ſurrogat⁹ eſſet in lite,& ad omne ius, quod defunctus habuerat ſecūdum formā Cancellariæ de ſurrogādis collitigantibus, tunc non cenſeretur ſurrogatus ad poſſeſſionē.ita voluit Bellamera in ſuis Deciſio. nu.351.Et ita regulariter ſeruari ſolet ſignatura S.Pontificis:atque hoc modo ſemper obſeruari vidi, & neceſſe eſt, vt ex ſpeciali gratia Pontifex de poſſeſsione mentionem faciat, & ſi rarò id concedere ſoleat.Cum hac deciſione Egidij Bellam.conueniunt. Domini Rotę in antiqua Deciſione 385.incip.Nota quod ſurrogatus.aliàs eſt ſecundum nouā impreſ.deciſ.81.ſub titu.de reſc. in antiq. niſi in parte aliqua gratiæ facta eſſet mentio de poſſeſsione, tunc enim ad poſſeſsionē ſurrogatus exiſtimaretur.Plures alias vtilitates hîc circa ſuprà dictam diſputa-

ſputationẽ ſubnectere poſſem, quas breuitatis ſtudio prçteribo. Iam ad definitionem
71 poſſeſsionis reuertamur. † Bartolus eãdem definitionem poſuit, quam Ioannes, addidit duntaxat, *rei non prohibitæ poſsideri*, ſed melius fuiſſet id omittere, ſicuti infrà oſten
72 dam. † Iſta definitio quamuis à Dd. vt quæ minùs periculoſa ſit, defendatur, mihi tamen nulla ratione ſatiſfacit, ac plura me ita ſentire compellunt. Primò quia laborat eodem morbo, quo ipſemet Bartol. qui definitionem Ioannis damnabat, propter illud verbum, *Rei*, quod eſt generale continens corporalia, & incorporalia. l. rei appellatione. de verbo. ſignific. l. j. ſi cert. peta. cum ſimil. Sed incorporalia non poſsidentur. l. iij. in princ. ĵ. eo. Ergo meritò &c. Nec defenditur ab Alexandro dum vult poſſeſſionem non conſiderari in rebus immobilibus incorporalibus largo quodam modo. Quoniam iſtud naturæ definitionis refragatur. Etenim definitio ꝓpria & certa eſſe
73 debet. † Secundò reprehenditur hæc definitio, quia cum ſuo definito non conuertitur: contra. l. j. §. dolum. cum ſimilibus. de dolo. Nam conuenit detentioni, in qua

conſide-

conſideratur ius.l. ſi finita. §. ſi quis metu. de dam.infec. Atqui ij qui à prætore in poſſeſsionem mittuntur aliquarum rerum nõ dicuntur poſsidere.d l.iij.in fine.j.eodem.l. cùm legati. j .ex quib. cauſſ.in poſſ. eatur. Item etiam quia ius vſufructuario quoque competit.l.j.de vſufruc. Præterea definitio Bart.non procedit,propter verba illa addita per Bartol.Nihil enim neceſſe eſt dicere, *Rei non prohibitæ poſsideri*, cùm ſemper de rebus habilibus intelligatur.l.vt gradatim. §.ſed ſi lege.j.de munerib.& honor.& in l. j.cùm ibi nota.C.de ſacroſanct.eccleſijs.ita Iaſon hîc,& probabat quòd I.C.non ſic ſeruaſſent in definitionibus:vt patet in l.j.de teſtamen.in l.v.§.ſtipulatio.de verb.obliga.id quod tali ratione confirmatur,quod enim res efficiatur ſacra,vel religioſa,hoc fit per
74 accidens.†Itaq; attendi non debet id,quod venit per accidens,ſed naturalis ratio.arg.l. qui habet.de tute.& in l.ſi quis poſthumos. de liber.& poſthu. Poſtremo confunditur iſta definitio per ea, quæ latiſsime ſuprà diximus,poſſeſsionem omni tempore eſſe facti,non iuris, & in modo ineundi, & poſtquàm deducta eſt in eſſe,factũ ſemper verſatur

ſatur in poſſeſsione, ſi non actu ſaltem potentia, atque poſſeſsio vti iuris non ſeparata eſt ab illo facto. † Ego autem in periculoſiſsima iſta definitione, quoniam multa reperiuntur, quadringata, vt dicunt hîc recentiores Peruſini, definiendo ſic dicerem cum Azone, & Accurſio. *Poſſeſsio eſt corporalis rei detentio iuris effectus producens.* Dixi corporalis, ad tollenda iura incorporalia: Dixi retentio, propter retentionem animi, quæ in retinenda poſſeſsione verſatur, item dixi, retentionem, vt definirẽ poſſeſsionem poſtquã eſt deducta in eſſe. Dixi effectus iuris, propter effectus qui reſultãt ex poſſeſsione, poſtquàm in eſſe deducta eſt, videlicet vſucapio, fructuum acquiſitio, & ſimilia. Et hoc modo poſſeſsio dicitur eſſe iuris prout ſuprà copioſe diſſeruimus, non quod ipſa ſit ius, vt D D. nonnulli falſo exiſtimauerunt. *In gloſſa, in verbo, naturaliter.* † Primo gloſſa declarat textum noſtrum exponendo verbum, naturaliter, id eſt, corporaliter. Ex qua declaratione apparet Bartolum perperàm triplicem ſpeciẽ poſſeſsiõis ſtatuiſſe, videlicet naturalis corporalis & ciuilis poſſeſsionis, cùm naturalis &

75

76

lis,& corporalis pro vna eademq; habeantur. vt glo. hîc dicit. *In eadem glo. ibi, Iure naturali primæuo.* videtur gloſſ. in duobus
77 errare.† Primò cùm inducit dictum ſacræ ſcripturæ, quidquid pes tuus &c. de quo habetur in c. xj. Deuter. & Ioſue cap. j. & xiiij. ideoque naturalem poſſeſsionem eſſe dicendum, quod non poſsibile videtur; Romani namque vt gentiles, nullã habuerant ſacræ ſcripturæ notitiam. Malè itaque vt s. diximus DD. ab iſto dicto, poſſeſsionem à pedi-
78 bus eſſe dictam autumant.† Secũdus error eſt dum gloſ. dicit poſſeſsionem naturalem introductam fuiſſe iure naturali primæuo; imo iure naturali primæuo omnia erãt cõmunia. c. ius naturale. j. diſt. Verùm potiùs iure gentium ſecundario cognita fuit poſſeſsio naturalis, quo tempore etiam dominia fuerunt diſtincta. l. ex hoc iure. de iuſti.
79 & iure. Ex hac parte gloſſæ colligitur, † duplex eſſe ius naturale, Primæuũm, & ſecundarium: ſimiliter duplex eſſe ius gẽtium vt Bar. omneſq; ſcribentes communi calculo ſcribunt, in. l. ſi id quod. de condi. indebi. vbi apertè dicit duplex eſſe primæuum, fundatur in ratione naturali, vt fidem ſeruare, &

ſimilia

ſimilia. Secundo verò tempore iuris gentiũ, quod fundatum eſt interdum contra rationem naturalem, quia bella introduxit, & captiuitates: Primæuo autem nulla erat differentia inter ſeruum, & alios homines: quum omnes liberi naſcerentur. Secundario autem iure, ſeruus eſt factus incapax, neque dominium, neque poſſeſsionẽ habere poteſt. l. acquiritur. §. tit. prox. cum ſimil. Manifeſtum igitur eſt duplex eſſe ius gentium. Eſtq; hæc cõmunis omnium Doctorum ſententia.
80 †Dubitare veruntamẽ quis poſsit vtrum ſit vnicum, vel duplex; Et verius eſſe putarim, eſſe vnicum, Doctorũq; dicta mera eſſe ſomnia. Quod enim Dd. duplex eſſe ius gentium affirmant, per rationem adductam per Bartol. in d. l. ſi id quod. mihi nunquã placuit, atque hoc idẽ in præſentiarum ſentio, ſcilicet vnicũ eſſe ius gentium, quemadmodũ etiã ſubtilis Aretinus hîc eſt opinatus poſt Archi. in c. non omnis. j. Diſt in. Quæ ſententia, & ratione, & iuribus, & authoritate corroboratur: ratione, nam diuerſitas præceptorum, non debet inducere diuerſitatem, vt dicatur ius primæuum, vel ſecundarium, exemplum

eſt in

eſt in iure noſtro ciuili, vbi varia ſunt præcepta,& quandoque ius ciuile conſiderauit rationem naturalem,interdum ab illa receſsit,& tamen vnum & idem eſt ius ciuile. Idem plane de iure canonico dicẽdum, vbi etiam diuerſa ſunt præcepta. Nonnunquã enim Pontifex ſententiam mutauit, vt apparet in c.non debet.de conſangui.& affini. Et tamen vnicum eſt ius canonicum. Legibus dein probatur per Areti.hic in l.j.in fi. de iuſti.& iur.iunctis ij.vel iij.ll.ſeq.vbi plura collocãtur exempla,qualia etiam in tex. in d.l.ex hoc iure.ponuntur. Ac propter dictionem illam, *Ex hoc*, quæ demonſtrationis eſt ad oculum.l.j.& ibi Barto.s.de oper. noui nunt.oſtenditur vnicum eſſe ius gentium addita leg j.in fin. Item quia I.c.in l. manumiſsiones quoque.hoc videtur conſiderare per illam dictionem, *Quoque*, quæ idem iudicare videtur.l.ſeruum quoque.& ibi Barto.de procur. Alio modo aliquando prædicta iura expendebam,quando tex.in l.rebus, quæ venit per continuationem ad d.l.j.ponit vnum exemplum inter cætera, videlicet, vt patriæ pareamus, quod nullo modo conſiderari poteſt,niſi inter exẽpla,
quæ

quæ ſunt ſecundum Dd.de iure gentium ſecundario,non poteſt patria conſiderari, niſi priùs ædificia ſint coniuncta.d.l.ex hoc iure.qui tex.vt dixi,ſecũdum Dd.loquitur de iure gentium ſecundario. Manifeſtũ igitur eſt, iuriſconſultos exempla confundere,nec facere differẽtiam inter ius primæuum,& ſecundarium,Quia vnicum eſt ius gentium,propterea nullam conſtituerunt differentiam,vtrum vnum priùs fuerit appoſitum,nec ne.
81 †Poſtremò etiam autoritate probatur ſacrarum literarum. Doctores quidem volunt Dominia fuiſſe diſtincta de iure gentium ſecundario,ſic intelligentes. d.l.ex hoc iure.Hoc tamen falſum eſt, cùm in filijs vel nepotibus primorũ noſtrorum parentum cognitum ſit furtum, itaq; diſtincta erant dominia,aliter enim furtum perpetrari non poterat,quoniam præſupponit habitum.l.decem.de verbo.obliga. Quamobrem ſi diſtincta ſunt Dominia quomodo primum gentes eſſe cœperunt? Ergo ſequitur quòd ab eodem iure gentium , omnia exempla ibi per I.C.relata , ſint iuris gentium , non autem ex ſecundario ,quoniam modicum fuit temporis interuallum , nec

potuiſſet induci diuerſitas aliqua iuris gen tium. *In gloſſa in Verbo, Nota ex iſto textu.*
82 †Subtilis ponitur quæſtio, àn poſſeſsio naturalis amittatur per abſentiam, cùm quis rem detinere deſiſtat. Gloſſa hîc quatuor Doctorum adducit ſententias, quas Bartolus repetit, ac primam redarguit, quia ſola abſentia non operabatur amiſsionem poſſeſsionis naturalis, hoc probat textu in l. ſi id quod. §. fi. j. eo. Verũtamen Bartolus errat circa iſtud argumentum. Etenim iura adducta per ipſum, aliaque quæ pro ipſius ſententia adduci poſſunt, loquuntur quo ad poſſeſsionem ciuilem, vt rei deſiſtentia, & exitus nequeant operari amiſsionẽ poſſeſsionis ciuilis, ſecus verò quantum ad poſſeſsionem naturalem. Bart. hîc, & Dd. omnes approbant quartam ſententiam Ioannis in omnibus eius dictis, præſertim Bart. qui eam nulla adiectione indigere dicit. Ex hac autem ſententia vna cum dictis Bartoli, plures colliguntur concluſiones. Prima
83 concluſio eſt, † Quod ſi res eſt in præſenti, vel in loco proximo, his duobus caſibus abſens retinet naturalem poſſeſsionem, per rationem ab Ioanne aſsignatam. Nam ſi
ex

ex aſpectu poſſeſsio quæritur.l.quod meo. §.ſi venditorem.infrà eodem.Itaque à fortiori eodem modo retineri debet. adducit text.gloſſ.in l.prima.§. quod ait.de ſuperficieb. facit etiam regula in l. patre furioſo.de his qui ſunt ſui,vel alien.iur.& in capitu.ad apoſtolicam.de regularib. cum ſimilibus. Quòd plura faciliùs conſeruantur ex poſtfacto, quàm vt de nouo inducantur. Si enim à principio ſolo aſpectu poſſeſsio acquiritur.dicto.§. ſi venditorem. & dicto.§.ſi iuſſerim.in lege noſtra. Ergo
84 multò magis retineri debet. † Iſta concluſio non ſic ſimpliciter à DD. recepta eſt. Nam falſum eſt, nec vlla lege probatur, aſpectum duntaxat operari acquiſitionem poſſeſsionis, imò ſemper neceſſe eſt, vt antecedat naturalis poſſeſsio. l. tertia. §.Neratius.infrà eodem. Non obſtant iura adducta per gloſſ.in dicto.§.ſi venditorem. & in dicto §. ſi iuſſerim. Quia loquuntur quando affectio Domini tradentis concurrit, ac poſſeſsio eſt vacua:quemadmodum expreſsè pōderat I. C. in prææallegatis iuribus, in dicto.§.ſi venditorem ibi, *vacuāque poſſeſsionem tradere*, &c.

quia priùs omnia manu regia adminiſtrabantur, actiones tamen dicuntur eſſe iuris ciuilis,quantum ad formam, & ſolennitates,l. ij. §. ex his de origi.iur. patet etiam in ſtipulatione,quæ iuris gentium eſt,quantum ad conſenſum.l. j. §.conuentionis. de pact.veruntamen quoad formam, ſtipulatio eſt iuris ciuilis.§.de conſtituta.Inſtit.de actionib. Ac plura exempla in ſimili adduci poſſent,quòd leges rem aliquam diuerſis reſpectibus iudicent. Hac igitur ratione ad concordiã omnia iura reducuntur,quatenus dicunt poſſeſsionem eſſe facti:quippe vt procedant,quantum ad quidditatem,& ſubſtantiam,attenta origine,& facto, quod in ea nunquam non verſatur. Quãtum verò ad formam,aliáque procedant iura,quæ dicunt poſſeſsionem eſſe iuris, ac propterea I.C.aliquando dicit poſſeſsionem eſſe iuris,& facti,vt in ſupradictis iuribus oſtenditur,non quòd vno momento,ſed quòd diuerſis repectibus. Atque hæc cõcordia vniuerſam tollit difficultatem, facileque abſ-
61 que omni diuinatione procedit.† Porrò ne præſentis inueſtigationis diſputatio inutilis ſit,quamuis ſit maximę vtilitatis de princi-
pijs

pijs inueſtigarē, ne ignorentur illa circa naturam poſſeſsionis, quæ facilè cognoſcitur ex ſupradicta diſputatione, cōſiderabimus tamen iam deinceps nonnullas vtilitates in
62 ſpecie.† Sitque hæc prima, de qua Dd. hîc. quod licèt in reſcriptis principum ſtricta fiat interpretatio, ſi tamen in reſcripto fieret mentio per huiuſmodi verba, *Cognoſcas ſuper iure, quod titius habet in tali re, vel ſuper tali beneficio*, iudex tunc delegatus poterit cognoſcere etiam ſuper cauſa poſſeſsionis, ſi verū ſit, quòd poſſeſsio ſit ius, quemadmodum Dd. communibus aſſerunt ſuffragijs, vt ſuprà diximus. Hoc fuit originale dictum Innocentij in c. Epiſcopi. de rebus eccl. non alien. & ibi Bald. ſequitur, vbi voluit, quod ſi verba directa eſſent ad iudicē, videlicèt, *Studeas ius & proprietatem eccleſiæ reuocare*. per huiuſmodi verba includi poſſeſsionem. hoc idem dicebat Bald. in l. pen. col. pen. C. ſi à non comp. iudic. fue. appel. & in l. iubemus. § ſane. il. ij. in fin. C. de ſacroſ. ecc & in l. ſi mulier. §. poſſeſsionem. quod met. cauſ. & iſtud dictum ſequuntur Aretinus hîc, & Iaſon. Adde Gomeſium in Comm. ſuper Reg. Cancellariæ, in v. quæſ.

qui idem dicit, & Speculatorem addit in titu.de probat.§. videndum. verſ.ſed pone ſtatutum. Et ſic non fuit originale dictum
63 Innocentij. †. Veruntamen iſta concluſio ab omnibus communi calculo approbata, aliqua dubitatione non caret. Etenim ſi cõmuni ſententiæ contradiceremus, prout ſ. diximus, poſſeſsionem ſcilicet eſſe facti, cõcluſio hæc non procederet, verum conceſſo quoq; ſententiam communem eſſe veram, ſi tamen vacua eſſet poſſeſsio tempore reſcripti, quia fortaſſe nullus adijſſet hæreditatem, nec apprehenſa fuiſſet rerum poſſeſ ſio, & ſic iacente hæreditate beneficium rectore vacabat: iſto caſu iudex delegatus nõ poſſet cognoſcere ſuper poſſeſſorio, nõ obſtantibus verbis reſcripti: ſuper iure. Nam tali caſu poſſeſsio non eſſet quid iuris, meri tantùm eſſet facti, vt Do. dicunt. & ad hoc optimè facit text. in l. cùm hæredes. in princip. infra eodem. vbi oſtenditur appellatione iuris poſſeſsionem non contineri: quoniam adhuc apprehenſa nõ fuerit. Facit etiam text. in l. prima. §. Scæuola. ſi quis teſt. lib. eſſe ius. fuer. nec non text. noſter in §. j. vbi vult poſſeſsionem facti eſſe, & non iuris.

64 iuris. † Secunda eſt vtilitas, vt ſi clerico conceſſa fuiſſet poteſtas poſsidendi eccleſias, poſsit etiam teſtari de iuribus beneficiorum, nec non & de fructibus acquiſitis ex beneficio: cùm poſſeſsio iuris ſit, vt ſuprà dictum eſt. Hoc in ſpecie voluit Alexand. in conſil. xv. incipient. Reuerendiſsime Domine. libro ſecundo. † Tertia vtilitas eſt, an poſſeſsio ſit iuris, vel facti, vt ſi reſcripto Principis fieret mentio de non auferendo iure quæſito, quæ clauſula ſemper apponi ſolet, præſertim in literis Apoſtolicis. Nam principes non poſſunt tollere ius quæſitum abſque cauſa. vt Dd. volunt. l. finali. C. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam. & capitul. quæ in eccleſiarum. de conſtitutio. Nam regula iuris eſt, ius quæſitum tolli non poſſe. l. finali. cum ſimilibus. de pactis. Tali caſu verba reſcripti extenderentur etiam ad poſſeſsionem, quoniam poſſeſsio iuris eſt, ad hoc adduco Abbat. in capitulo primo. columna tertia. verſic. item contra hoc dictum. de reſcript. Anchara. in conſilio. cxix. Anchar. in capitulo ſi propter. de reſcript. libro ſexto. & Calder. in conſilio. cxix. in titu. de præbend.

65

Paria autem ſunt habere poſſeſsionem, vel ius quæſitum: vt voluit Imola. in conſilio 121. in j. & ij. colum. Socynus in conſil. 15. col. pen. in fine, lib. iij. & in conſil. 120. incip.
66 Nomini. in v. et vj. colum. eod. lib. † Gomeſius in præallegato loco, quæſtione quinta, vbi in ſpecie hanc ponit quæſtionem, & refert Dominos Sacri Palatij ſæpiſsimè hoc deciſiſſe ſecundū regulam de non tollendo iure quæſito, quod locum in poſſeſsione habeat, ac plures deciſiones adducit, idque per communem ſententiam in lege noſtra,
76 quòd poſſeſsio ſit iuris. † Quarta vtilitas poteſt conſiderari, nam plurimum referre videtur, vtrum poſſeſsio ſit iuris, vel facti, ſi enim iuris eſſet, tolli poſſet per principē, qui ſupra ius eſt, ſin verò facti, nequaquàm tollitur, vt in lege noſtra patet, in §. ſi vir. vbi expreſsim oſtēdit I.C. poſſeſsionem tolli non poſſe: facit quoque regula in l. in bello. §. facta. j. de capti. & poſtlim. reuerſ.
68 ac propterea infero, † Quòd licèt princeps poſsit tollere poſſeſsionem, quę iuris eſt, vt dominus, cùm ſeruus prohibeatur poſsidere ciuiliter. l. quòd ſeruus. j. eod. l. nunquam. §. j. j. titu. proxi. item in re ſacra. d. l.

vniuerſas.§.j. naturalem tamen poſſeſſionem, quæ facti eſt, tollere non poterit, vt patet in l.ſtipulatio iſta.§.hæc quoque.j.de verbo.oblig. Ratio eſt quam.s.reddidimus. Poſſeſsio naturalis naturali ratione à iure gentium cognita, non poteſt tolli.§.ſed naturalia.cum vulg.de iure.gent.Nam naturalis ratio per ius poſitiuum tolli non poteſt. l.j.& ij. de vſufruct. ear.rer. quæ vſu conſu.vbi Bald.dicit, quando naturalis ra-
69 tio negat, legem non audere.† Et ex prædictis etiã inferri poteſt, ad quotidianũ illud quod in facto conſiſtit, quòd ſi Cæſar aliquem vaſallum ob crimen læſæ Maieſtatis iure feudi priuatũ reſtitueret ad feudum, ac omne ius illius feudi, quòd non cenſeretur per hoc reſtitutus ad poſſeſsionem feudi. Quamuis enim poſſeſsio iuxta communem ſententiam ſit iuris, hoc tamen procedit, quando poſſeſsio in eſſe deducta eſt, ſed in caſu noſtro procedere illud non poteſt. Quanquã enim poſſeſsio in eſſe deducta fuiſſet, quoniam tamen ob crimen læſæ Maieſtatis amiſſa erat, perinde iudicatur, ac ſi poſſeſsio eſſet in modo ineundi, vt eſt opti.text.in d.l. denique.ex quibus cau.

maior. vbi licèt reuerſus ab hoſtibus recu-
peret omnia iura, iure poſtliminij, nō tamē
recuperat poſſeſsionem, per rationem, quā
ibi tradit, cū poſſeſsio plurimū facti habeat,
& ob id neceſſe eſſet, vt in reſtitutione dice
retur, rèſtituimus te ad omne ius feudi atq;
70 poſſeſsionem. † Eodem ſanè modo de lite-
ris Pontificis, eiusq; gratiis dici poteſt, ꝙ ſi
quis ſurrogatꝰ eſſet in lite, & ad omne ius,
quod defunctus habuerat ſecūdum formā
Cancellariæ de ſurrogādis collitigantibus,
tunc non cenſeretur ſurrogatus ad poſſeſ-
ſionē. ita voluit Bellamera in ſuis Deciſio.
nu. 351. Et ita regulariter ſeruari ſolet ſigna
tura S. Pontificis: atque hoc modo ſemper
obſeruari vidi, & neceſſe eſt, vt ex ſpeciali
gratia Pontifex de poſſeſsione mentionem
faciat, & ſi rarò id concedere ſoleat. Cum
hac deciſione Egidij Bellam. conueniunt.
Domini Rotę in antiqua Deciſione 385. in-
cip. Nota quod ſurrogatus. aliàs eſt ſecun-
dum nouā impreſ. deciſ. 81. ſub titu. de reſc.
in antiq. niſi in parte aliqua gratiæ facta
eſſet mentio de poſſeſsione, tunc enim ad
poſſeſsionē ſurrogatus exiſtimaretur. Plu-
res alias vtilitates hîc circa ſuprà dictam di-
ſputa-

ſputationē ſubnectere poſſem, quas breuitatis ſtudio prętéribo. Iam ad definitionem
71 poſſeſsionis reuertamur. † Bartolus eādem definitionem poſuit, quam Ioannes, addidit duntaxat, *rei non prohibitæ poſſideri*, ſed melius fuiſſet id omittere, ſicuti infrà oſtendam.
72 † Iſta definitio quamuis à DD. vt quæ minùs periculoſa ſit, defendatur, mihi tamen nulla ratione ſatiſſacit, ac plura me ita ſentire compellunt. Primò quia laborat eodem morbo, quo ipſemet Bartol. qui definitionem Ioannis damnabat, propter illud verbum, *Rei*, quod eſt generale continens corporalia, & incorporalia. l. rei appellatione. de verbo. ſignific. l. j. ſi cert. peta. cum ſimil. Sed incorporalia non poſsidentur. l. iij. in princ. ꝟ. eo. Ergo meritò &c. Nec defenditur ab Alexandro dum vult poſſeſſionem non conſiderari in rebus immobilibus incorporalibus largo quodam modo. Quoniam iſtud naturæ definitionis refragatur. Etenim definitio ꝓpria & certa eſſe
73 debet. † Secundò reprehenditur hæc definitio, quia cum ſuo definito non conuertitur: contra. l. j. §. dolum. cum ſimilibus. de dolo. Nam conuenit detentioni, in qua conſide-

conſideratur ius.l. ſi finita. §. ſi quis metu. de dam.infec. Atqui ij qui à prætore in poſſeſsionem mittuntur aliquarum rerum nõ dicuntur poſsidere.d l.iij.in fine.j.eodem.l. cùm legati.j.ex quib. cauſſ.in poſſ.eatur. Item etiam quia ius vſufructuarioquoque competit.l.j.de vſufruc. Præterea definitio Bart.non procedit,propter verba illa addita per Bartol. Nihil enim neceſſe eſt dicere, *Rei non prohibitæ poſsideri*, cùm ſemper de rebus habilibus intelligatur.l.vt gradatim. §.ſed ſi lege.j.de munerib.& honor.& in l. j.cùm ibi nota.C.de ſacroſanct.eccleſijs.ita Iaſon hîc,& probabat quòd I.C.non ſic ſeruaſſent in definitionibus:vt patet in l.j.de teſtamen.in l.v.§.ſtipulatio.de verb.obliga.id quod tali ratione confirmatur,quod enim res efficiatur ſacra,vel religioſa,hoc fit per
74 accidens.†Itaq; attendi non debet id,quod venit per accidens,ſed naturalis ratio.arg.l. qui habet.de tute.& in l.ſi quis poſthumos. de liber.& poſthu. Poſtremo confunditur iſta definitio per ea, quæ latiſsime ſuprà diximus,poſſeſsionem omni tempore eſſe facti,non iuris,& in modo ineundi, & poſtquàm deducta eſt in eſſe,factũ ſemper ver-

ſatur

ſatur in poſſeſsione, ſi non actu ſaltem potentia,atque poſſeſsio vti iuris non ſeparata
75 ta eſt ab illo facto.† Ego autem in periculoſiſsima iſta definitione, quoniam multa reperiuntur,quadringata, vt dicunt hîc recentiores Peruſini, definiendo ſic dicerem cum Azone, & Accurſio. *Poſſeſsio eſt corporalis rei detentio iuris effectus producens.* Dixi corporalis, ad tollenda iura incorporalia: Dixi retentio, propter retentionem animi, quæ in retinenda poſſeſsione verſatur,item dixi,retentionem, vt definirẽ poſſeſsionem poſtquã eſt deducta in eſſe.Dixi effectus iuris,propter effectus qui reſultãt ex poſſeſsione, poſtquàm in eſſe deducta eſt,videlicet vſucapio,fructuum acquiſitio, & ſimilia. Et hoc modo poſſeſsio dicitur eſſe iuris prout ſuprà copioſe diſſeruimus, non quod ipſa ſit ius,vt DD.nonnulli falſo exiſtimauerunt. *In gloſſa,in verbo,natura-*
76 *liter.* † Primo gloſſa declarat textum noſtrum exponendo verbum, naturaliter, id eſt,corporaliter. Ex qua declaratione apparet Bartolum perperàm triplicem ſpeciẽ poſſeſsiõis ſtatuiſſe,videlicet naturalis corporalis & ciuilis poſſeſsionis, cùm naturalis &

lis,& corporalis pro vna eademq; habeantur. vt glo. hîc dicit. *In eadem glo. ibi, Iure naturali primæuo.* videtur gloſſ. in duobus
77 errare. † Primò cùm inducit dictum ſacræ ſcripturæ, quidquid pes tuus &c. de quo habetur in c. xj. Deuter. & Ioſue cap. j. & xiiij. ideoque naturalem poſſeſsionem eſſe dicendum, quod non poſsibile videtur; Romani namque vt gentiles, nullã habuerant ſacræ ſcripturæ notitiam. Malè itaque vt s. diximus DD. ab iſto dicto, poſſeſsionem à pedi-
78 bus eſſe dictam autumant. † Secũdus error eſt dum gloſ. dicit poſſeſsionem naturalem introductam fuiſſe iure naturali primæuo; imo iure naturali primæuo omnia erãt cõmunia. c. ius naturale. j. diſt. Verùm potius iure gentium ſecundario cognita fuit poſſeſsio naturalis, quo tempore etiam dominia fuerunt diſtincta. l. ex hoc iure. de iuſti.
79 & iure. Ex hac parte gloſſæ colligitur, † duplex eſſe ius naturale, Primæuum, & ſecundarium: ſimiliter duplex eſſe ius gẽtium vt Bar. omneſq; ſcribentes communi calculo ſcribunt, in. l. ſi id quod. de. condi. indebi. vbi apertè dicit duplex eſſe primæuum, fundatur in ratione naturali, vt fidem ſeruare, &

ſimilia

ſimilia. Secundo verò tempore iuris gentiũ,
quod fundatum eſt interdum contra ratio-
nem naturalem, quia bella introduxit, &
captiuitates: Primæuo autem nulla erat dif-
ferentia inter ſeruum, & alios homines:
quum omnes liberi naſcerentur. Secunda-
rio autem iure, ſeruus eſt factus incapax,
neque dominium, neque poſſeſsionẽ habe-
re poteſt. l. acquiritur. §. tit. prox. cum ſimil.
Manifeſtum igitur eſt duplex eſſe ius gen-
tium. Eſtq; hæc cõmunis omnium Docto-
80 rum ſententia. †Dubitare veruntamẽ quis
poſsit vtrum ſit vnicum, vel duplex, Et ve-
rius eſſe putarim, eſſe vnicum, Doctorũq;
dicta mera eſſe ſomnia. Quod enim DD. du-
plex eſſe ius gentium affirmant, per ratio-
nem adductam per Bartol. in d. l. ſi id quod.
mihi nunquã placuit, atque hoc idẽ in præ-
ſentiarum ſentio, ſcilicet vnicũ eſſe ius gen-
tium, quemadmodũ etiã ſubtilis Aretinus
hîc eſt opinatus poſt Archi. in c. non omnis.
j. Diſtin. Quæ ſententia, & ratione, & iuri-
bus, & authoritate corroboratur: ratione,
nam diuerſitas præceptorum, non de-
bet inducere diuerſitatem, vt dicatur ius
primæuum, vel ſecundarium, exemplum
eſt in

eſt in iure noſtro ciuili, vbi varia ſunt præcepta, & quandoque ius ciuile conſiderauit rationem naturalem, interdum ab illa receſsit, & tamen vnum & idem eſt ius ciuile. Idem plane de iure canonico dicẽdum, vbi etiam diuerſa ſunt præcepta. Nonnunquã enim Pontifex ſententiam mutauit, vt apparet in c. non debet. de conſangui. & affini. Et tamen vnicum eſt ius canonicum. Legibus dein probatur per Areti. hic in l. j. in fi. de iuſti. & iur. iunctis ij. vel iij. ll. ſeq. vbi plura collocãtur exempla, qualia etiam in tex. in d. l. ex hoc iure. ponuntur. Ac propter dictionem illam, *Ex hoc*, quæ demonſtrationis eſt ad oculum. l. j. & ibi Barto. s. de oper. noui nunt. oſtenditur vnicum eſſe ius gentium addita leg j. in fin. Item quia l. ex in l. manumiſsiones quoque. hoc videtur conſiderare per illam dictionem, *Quoque*, quæ idem iudicare videtur. l. ſeruum quoque. & ibi Barto. de procur. Alio modo aliquando prædicta iura expendebam, quando tex. in l. rebus, quæ venit per continuationem ad d. l. j. ponit vnum exemplum inter cætera, videlicet, vt patriæ pareamus, quod nullo modo conſiderari poteſt, niſi inter exẽpla,

quæ ſunt ſecundum Dd.de iure gentium ſecundario,non poteſt patria conſiderari, niſi priùs ædificia ſint coniuncta.d.l.ex hoc iure.qui tex.vt dixi,ſecũdum Dd.loquitur de iure gentium ſecundario.Manifeſtũ igitur eſt, iuriſconſultos exempla confundere,nec facere differẽtiam inter ius primæuum,& ſecundarium.Quia vnicum eſt ius gentium,propterea nullam conſtituerunt differentiam,vtrum vnum priùs fuerit ap-
81 poſitum,nec ne.†Poſtremò etiam autoritate probatur ſacrarum literarum. Doctores quidem volunt Dominia fuiſſe diſtincta de iure gentium ſecundario,ſic intelligentes. d.l.ex hoc iure.Hoc tamen falſum eſt, cùm in filijs vel nepotibns primorũ noſtrorum parentum cognitum ſit furtum, itaq; diſtincta erant dominia,aliter enim furtum perpetrari non poterat,quoniam præſupponit habitum.l.decem.de verbo.obliga. Quamobrem ſi diſtincta ſunt Dominia quomodo primum gentes eſſe cœperunt?Ergo ſequitur quòd ab eodem iure gentium , omnia exempla ibi per I.c.relata , ſint iuris gentium , non autem ex ſecundario ,quoniam modicum fuit temporis interuallum , nec

ex aſpectu poſſeſsio quæritur.l.quod meo. §.ſi venditorem.infrà eodem.Itaque à fortiori eodem modo retineri debet. adducit text.gloſſ.in l.prima.§. quod ait.de ſuperficieb. facit etiam regula in l. patre furioſo.de his qui ſunt ſui,vel alien.iur.& in capitu.ad apoſtolicam.de regularib. cum ſimilibus. Quòd plura faciliùs conſeruantur ex poſtfacto, quàm vt de nouo inducantur. Si enim à principio ſolo aſpectu poſſeſsio acquiritur.dicto.§. ſi venditorem. & dicto.§.ſi iuſſerim.in lege noſtra. Ergo
84 multò magis retineri debet. † Iſta concluſio non ſic ſimpliciter à DD. recepta eſt. Nam falſum eſt, nec vlla lege probatur, aſpectum duntaxat operari acquiſitionem poſſeſsionis, imò ſemper neceſſe eſt, vt antecedat naturalis poſſeſsio. l. tertia. §.Neratius.infrà eodem. Non obſtant iura adducta per gloſſ.in dicto.§.ſi venditorem. & in dicto §. ſi iuſſerim. Quia loquuntur quando affectio Domini tradentis concurrit, ac poſſeſsio eſt vacua:quemadmodum expreſsè pōderat I. C. in præallegatis iuribus, in dicto.§.ſi venditorem ibi, *vacuăque poſſeſsionem tradere*, &c.

Et propterea Dd.in d.§.ſi iuſſerim.dicunt illum Paragraphum limitari debere,quando concurrat affectio tradentis, aliàs illum textum locum non habere. Idem planè dicendum eſt in caſu,quando res eſſet in proximo.Nam loci vicinitas hoc ſola non operatur:ſed quando aliquid vltra accedit, vt puta traditio clauium, in quo caſu memorata iura loquũtur. Nam propter traditionem clauium lex fingit tranſlationem poſſeſsionis, vt etiam fingit per traditionem inſtrumentorum rei venditæ, vel donatæ.l. j.C.de donatio.Secunda concluſio ex d.glo.
85 & Barto.Colligitur,† quòd quando poſſeſſio naturalis non eſt vnita cum ciuili,retineri poſsit:ſecus verò ſi vnita ſit,quia tunc per abſentem nõ retinetur poſſeſsio naturalis, ita voluere Ioan. Accur. Bartol.conſenſuq; communi Dd.omnes, excepto Iaſone hîc, qui huic ſententiæ ab omnib. probatæ reclamat,& Dd.admiratur, atque argumenta
86 quædam adducit,† quæ cùm ſint aliorum, ſibi tamen ea,more ſolito,adſcribit. Fuerũt enim Aretini & Socyni, quamuis neuter contra communem firmauerit.Hocq; primum erat fundamentum, quia mag is debuiſſet

buiſſet retineri naturalis poſſeſsio, quando eſt vnita cum ciuili, quàm quùm ſeparata eſt, atque diſiuncta. Nam ita demum non ſeruaretur retentio poſſeſsionis naturalis, quando alter corpore ingreſſus fuiſſet poſſeſsionem abſente domino, tunc non retineretur naturalis poſſeſsio, ſed ſi non occupata eſſet naturalis per alium, quod omnino retineri debeat ſicuti. I.C. ibi ſentire videtur, in d.l. clam poſsidere. §. qui ad nũdinas. j. eod. Secundò mouetur Iaſon argumento, quo vſus eſt Bartol. contra Iacobum ab Aren. Exitum non operari amiſsionẽ poſſeſsionis, ſed benè animum. d.l. ſi id quod. §. fi. cum ſimilib. Tertiò quia plura inducuntur à lege ratione vnionis, quæ aliàs denegantur. Exemplum dedit Iaſon, quod & Socynus poſuit. Subſtitutio pupillaris extinguitur, ſi præmoriatur ſubſtitutus, ſuperſtite pupillo. l. qui ex plurib⁹ de ſuis, & legiti. Subſtitutio tamen vnita cum iure accreſcendi, videlicet, quando ſubſtitutus erat cohæres, tum etiamſi præmoriatur ſubſtitutus, ius ſubſtitutionis nõ extinguitur, imò tranſit ad hæredes ſubſtituti. tex. eſt in l. qui patri. de acquiren. hęre. Quem ibi Bartolus

87 notat. † Verùm defendendo communem ſententiam, quam tex. noſter omnino probat, dicendum eſt, ita demum quem retinere poſſeſsionem naturalem, ſi rem detinuerit, aliàs ſecus. Secundò probatur ratione, ideò naturalem poſſeſsionem per abſentem retineri non poſſe, quoniam cùm poſſeſsio naturalis ſit meri facti, & in corpore conſiſtat, atque naturali apprehenſione, meritò lex non potuit inducere retentionem poſſeſsionis: quia in his quæ facti ſunt, lex nō poteſt aliquid inducere per iura vulgaria. Et de hoc caſus eſt in ſpecie, in lege noſtra. §. ſi vir vxori. & j. latiùs dicam. Non obſtat primum fundamētum Iaſonis, quia per textum noſtrū infringitur, ac per ſupradictā rationem, neque ſecundum impedimento eſt, quoniā falſum eſt, vt ſuprà diximus argumentū Bartoli, exitū nō operari amiſsionē poſſeſsionis. d. l. ſi id quod. §. fi. cum ſimi. iura enim memorata, & ſimilia procedunt quoad poſſeſsionē ciuilē: ſecus quoad naturalē, de qua hic loquimur. Nec obſtat etiā ꝙ vnio plus operetur: Hoc enim procederet, quādo in poteſtate legis fuiſſet hoc inducere, vt in exēplis d. l. qui patri. cū

ſimi.

ſimi.ideò lex inibi hoc introduxit,ne ſeque
retur abſurdũ, vt quis decederet pro parte
teſtatus,& pro parte inteſtatus,id quod lex
nullo modo admittit.l.ius noſtrũ.de reg.iu.
88 cũ ſimi.† Tertia cõcluſio ex.d.gl.& Bar.col-
ligitur huiuſmodi,quod ideò naturalis poſ
ſeſsio non retinetur,quoniã vnita eſt cũ ci-
uili: nã cũ animus grauetur,& defatigetur
in retinenda ciuili poſſeſsione,ideò retẽtio-
nem poſſeſsionis naturalis operari non po-
teſt.Iſta ratio per gl.tradita cõmuniter reci
pitur, quãuis illam Iaſon hîc reijciat argu-
89 mentis,quæ Socyni fuerũt,† qui aliam hîc
rationẽ aſsignabat,quam Iaſon hîc cõmen-
dat:quãuis ab illa poſteà recedat.Recẽtio-
tiores quoq; Peruſini hanc eandẽ rationem
laudãt: Socynus dicebat poſſeſsionẽ natu-
ralẽ vnitã cũ ciuili,hanc ob cauſam nõ reti
neri,quoniam nulla vtilitas ex illius reten-
tione proueniat,ex quo ſola ciuilis apta eſt
ad producendam vſucapionem, ſeu præ-
ſcriptionem,vt Dd. communiter volunt,
in d.§.ex contrario.Sed lex non ſolet inutı-
lia inducere.l.j.§.dixerit.& ibi no.de publi-
90 cia.† Facit quod dicitur, Ars & natura
nihil fruſtra operantur. l. hæc ſtipulatio.

§.Diuus.vt lega.nom.caue.Quanquã verò hæc ratio valdè videatur probabilis,non eſt tamen admodum firma,neque ſolidã reddit diuerſitatis rationẽ: & falſum eſt quod hîc Socynus dicit.Naturalem non producere aliquos effectus, imo verò conſiderari poſſunt:quemadmodum etiam Aret.hoc in loco ſentit. Nam naturalis poſſeſsio tolli non poteſt per principem, cùm in his quæ iuris naturalis ſunt, princeps diſponere nõ poſsit.l.fin.C.ſi contra ius, vel vtilit.public. Item conſideratur tanquàm effectus.Nam qui poſsident naturaliter, fructus ſuos faciunt. Item ciuilis interdum perire poteſt per amiſsionẽ poſſeſsionis naturalis, quod non fieret,ſi vnita eſſet, ac propterea aliàs adducebam veram rationem diuerſitatis pro ſentẽtia Ioannis. Miror autem Doctores hanc rationem non animaduertiſſe.
91 † Ideo enim vt ſuprà dictum eſt,lex nõ potuit inducere poſſeſsionis retentionem naturalis in perſona Domini fundi, quoniam poſſeſsio naturalis merè facti eſt: id verò quod facti eſt,non poteſt tolli, neque induci à iure.l.in bello.§.facta.j.de capt.& poſt-li.In his verò, quæ iuris ſunt,lex habet libe-
tam-

ram poteſtatem inducendi eo modo, quo vult, propterea lex inducit retentionem ciuilis poſſeſsionis per abſentem, eò quia dicta ciuilis poſſeſsio ab ipſa lege procedebat. Ideò lex inducit, vt animo retineretur d. l. licet. & l. quamuis. ǰ. eo. titu. noſtro. nam ea quæ iuris ſunt, ſequũtur dominium quo cunque vadat. l. fi. C. de quoad. præſc. quod non militabat in poſſeſsione naturali, merito ergo &c. Et pro hac ratione quòd lex inducere non poſſit, probatur apertè in. d. l. cùm hæredes. ǰ. eodē. & in. d. l. denique. ex quib. cauſ. maior. Et clariùs in d. §. ſi vir vxori. vbi I. C. expreſſè dicit, nõ tolli poſſe naturalem poſſeſsionem, quandoquidem facti erat. Et ſic apertè inſerta eſt negatio, *Non*, in textu. atque hæc ratio viuam demonſtrat diuerſitatis cauſam, inter quatuor caſus hîc per Ioannem enumeratos.

92 Quarta concluſio eſt, † Vſufructuarium natururaliter poſſidere: ac propterea quocunque vadat hanc naturalem poſſeſsionem retinere. per tex. in l. iij. §. vnde vi. ǰ. de vi & vi armata. inducendo iſtum tex.. cum l. j. §. hoc interdictum. iuncto etiã §. deijcitur. eod. tit. In quib. iuribus manife-

ſtè apparet vſufructuarium retinere poſſeſſionem naturalem: cùm aliàs non competat interdictum deiecto, niſi ſit poſſeſſor. Et ſic concluſio iſta ab omnibus recipitur. Salua tamen pace Doctorum, poſito ſententiam ipſorum eſſe veram, non tamen neceſſariò text. in d. §. vnde vi. probare videtur vſufructuariũ poſsidere naturaliter. Nam ſimile quoque interdictum, & ſimile remedium datur non ſolùm habentibus poſſeſſionem naturalem, & ciuilem, verumetiam habentibus detentationem, quando quis ſpoliatus ſit iure ſuo, vt videmus in ſimili. in l. officium. de rei vendi. vbi etiam officium illud iudicis datur habentibus tenutam, ſeu detentationem. Ex hac concluſione colligitur vſufructuarium naturaliter poſsidere.
93 † Iſte eſt difficillimus articulus, & in vtramque partem diſputabilis, adeoque ſibi inuicem iura aduerſantur, vt veritas vix erui poſsit, vtrum vſufructuarius poſsideat naturaliter ſibi, vel Domino. Hanc quæſtionem Doctores, præſertim Iaſon in l. naturaliter. ỹ. co. in vtramq; partem diſputant. Nos firmiora argumẽta
94 pro vtraq; parte enumerabimus. † Pro cõmuni

muni ſententia, ꝙ vſufructuarius naturaliter poſsideat,textus eſt vbi caſus ſecundũ omnes Dd.in l.naturaliter.in prin.j.co.quo in loco I.C.vſufructuarium naturaliter poſſidere affirmat. Tenẽdo contrariũ,ſecundũ aliorum ſententiam,quæ verior eſt in puncto iuris,reſpondetur ad iſtum tex.illũ non videri hoc probare,ſed planè oppoſitũ oſtẽdere:cũ I.C.ibi vtatur verbo, *videtur*, quod denotat improprietatem iurib.vulgaribus. Secundò etiã reſpondetur, quòd licèt textus dixerit naturaliter vſufructuariũ poſsidere,non tamen.I.C.declarat,nũ ſibi,an verò domino naturaliter poſsideat, ſed quoniam iura magis probare videntur, illam non ſibi poſsidere, ſed Domino, vt.j.dicemus,idcircò tex.ille debet intelligi, vt verũ dicat illum poſsidere naturaliter,non autẽ ſibi, verũ Domino directò. Ratio eſt, quia naturalis poſſeſsio propriè eſt,quando quis poſsidet pro ſuo, & non alieno iure, ſed vſufructuarius non poſsidet pro ſuo,quoniam nouit rem eſſe alienam, haud iniuria lex voluit vſufructuarium præſcribere poſſe:vt in dicta l. acquiritur.§. finali. ſuprà tit.proxi.Tertiò poſſemus etiam re-

pondere ad iſtum tex. quòd ibi loquatur ad uerbialiter. Dicit enim textus, *naturaliter videtur poßidere.* & non naturalem habet poſſeſsionem, quaſi diceret I.C. Quandoquidem vſufructuarius fructus ſuos facit, propter talium acquiſitionem, videtur naturaliter poſsidere. Secundò pro hac communi ſententia adducitur text. in l. poſſeſsio quoque. in prin. ÿ. eodem. in duobus locis, primò ibi, poſſeſsio, ſecundò ibi, *plurimum in iure mutuetur.* prçſertim ſecũdo loco probare videtur communem ſẽtẽtiam. Nã ex quo tex. vtitur verbo, *tenet,* non videtur probare, ſed dum dicit *plurimum in iure* &c. apparet vſufructuárium naturaliter poſsidere. Nam ſi eſſet detentatio, nil iuris contineret, cùm detentatio magis facti ſit, quàm iuris, vt Bar. ÿ. dicit. Contrarium verò tenẽdo reſpõderi poteſt, quã tum ad primum, vt dictum eſt. Nam probat iſte tex. propter verbum ſubſequẽs. Ad ſecundum dein. reſpondetur, quòd illa detentatio in perſona vſufructuarij plurimũ iuris habet. Acquirit enim fructus, lex etiã concedit interdictũ vnde vi. d. l. iij. §. vnde vi. Habetque vſufructuarius plures iuris

effectus

effectus,cùm naturalis poſſeſsio in eius abſentia retineatur,& ius habet vſuſfructuarius vtendi fruendi, quamobrem dicēdum eſt textum illum communem ſententiam non probare. Tertiò adducitur tex.in l.vti frui.in prin.ſi vſuf.pet.vbi I.C.appellat vſufructuarium poſſeſſorem,licet Iaſon ad illum text.non reſpondeat. Nam I.C.ibi non dicit vſufructuarium poſsidere, bene dicit competere vſufructuario ius, quod ſolet competere poſſeſſoribus, quemadmodum apparet in d.§.vnde vi. Et ſic text.potiùs contrarium probat, nimirum vſufructuarium non poſsidere, ſed pro poſſeſſore haberi. Quartò adducitur tex.in l.fi.in verbo, Poſſeſsionem.j.vti poſsidet. Ad illum text. reſpondet Iaſon,illumq; loqui de quaſi poſſeſsione iuris,non autem fundi ſcribit. Cōtrariam verò ſententiam tenuit Bald. & quamplures alij magnæ eruditionis, & authoritatis viri, Cumanus, Romanus, Alexander, Aretinus,ac alij quamplures,quorum ſententia iuribus & rationibus magis conſona eſt,quā communis. In primis comprobant textu legis noſtræ,in §.per ſeruū. ibi,Non poſsidemus. Quamuis autē multi

maximā hîc vim faciant, facilè tamē huic tex.occurri poſſet.Reſpōdetur enim ibi nō poſsidemus ciuiliter. Atque iſta reſpoſio, ſi cuti infrà dicemus, ad plura adaptari iura poteſt. Secundò pro hac ſententia adduci tur text.in l.acquiritur.§.fin.ſ.tit.prox.ibi, non poſsidet, atque indiſtinctè. l.c.reſpondet nō poſsidere. Itaque quum lex indiſtinctè loquatur, debemus dicere non poſſidere, neque ciuiliter, neque naturaliter, l.non diſtinguemus.de arbitr.l.de precio.de public.cum ſimilibus. ſed ſi quis communem defendere mallet, ad illum textum communis ſolutio optimè procedere videtur, nam cum lex ibi dicat ſimpliciter vſufructuarium non poſsidere, id debemus intelligere abſolutè de ciuili: eò quia ibi diſputatur de vſucapione, & text.ibi dicit non poſſe vſucapere, ſubnectit rationem quia non poſsidet: Non poſſumus igitur dicere textum potiùs loqui de naturali, ex quo naturalis ſola nullo modo vſucapionem parere ſolet, vt Dd. latiſſimè dicunt in l. tertia.§.ex contratrio.ȷ. eodem. Præterea textus ille intelligendus eſt de ciuili duntaxat, quoniam verba ſimpliciter prolata in

dubio

dubio intelliguntur de actu potentiore.l.j. §.qui in perpetuum.cū ibi notatis.ſi ager. vectig.vel emphy.peta. Hæc eadē reſponſio poteſt dari ad textū in.§.ſed bonæ fidei. Inſt.per quas pars nob. acqui.vbi Imperator idem de verbo ad verbum repetit,quod tex.dicit in d.l.acquiritur.d.§.fin.veruntamē ſi tex.ille in.d.§.ſz bonæ fidei.legeretur ſecundū Theophilum,optimè hanc ſententiā probaret contra communem opinionē: nam ibidem Imperator dum rationem reddit,quamobrem is,qui habet vſumfructū nō præſcribat, eandem cauſam ſubiungit, quā I.C. quoniam non poſsidet, habetur enim in textu:*Eſt autem poſſeſsio animo dominandi poſsidere*. Hic verò ſolummodò habetur. *Ius vtendi & fruendi*.Quæ quidem ratio, quemadmodum poſteà dicam hanc doctorum controuerſiam dirimere videtur.

Tertiò vrget text. in l.certè. §.is qui.de precario.dupliciter illum ponderando, primò dum dicit , vſufructuarium , inquilinum, colonum,nō poſsidere.deinde multò fortiùs dum comparationem inſtituit inter perſonas ſupradictas, & vſufructuarium

quæ perſonæ nullo modo poſsident, neque naturaliter,neque ciuiliter.l.non ſolùm.§. quod vulgò.ǰ.tit.prox.Nihil enim illæ perſonæ detinent. Vt igitur bene argumentetur I.C. neceſſe eſt dicere vſufructuarium nec naturaliter,nec ciuiliter poſsidere,aliàs non eſſet bona comparatio inter prædictas perſonas,ac redargui poſſet I.C.ſi ſecus diceret. Communis Dd. reſponſio ad illum textum,ſatis tuta nõ videtur, quoniã inibi loquatur textus,quando vſufructuario ius vſufructus nondum fuerit conſtitutum Quamuis enim in fundo eſſet,non tamẽ ob id naturaliter poſsideret.mera hæc eſt diuinatio ad tex.iſtum,imò verò violatio,cum I.C.conſideret dictas perſonas tenere,& nõ poſsidere. Manifeſtum itaq; eſt,hanc differentiam non eſſe faciendam,cùm illo in loco ratio ſit generalis.Quarto loco longè magis vrget.l.j.§.quod ait prætor aut dolo. ǰ.quorum legatorum.vbi I.C.dictum generale expreſſè ponit,dicens,vſus & vſufructus non poſſidetur,ſed tenetur.Ratio illa eſt generalis . doctorum autem reſponſio ad illum tex.nõ eſt admodum valida,quod ſcilicèt inibi loquatur in caſu particulari,

vide-

videlicèt quando legatarius propria autoritate vſufructũ occupaſſet, antequàm ſibi fuiſſet ab hærede conſtitutus: atqui hoc ipſum quoque eſt diuinare, atque reſtringere inſuper textum. & dictum, eius generale. Dum I.C. dicit. Me mouet, inquit, ad dicendum vſumfructum non competere, quia vſufruct⁹ nõ poſsidetur. & Minimè igitur obſcurum eſt per rationem generalem, dictum in omni caſu procedere. Etenim ratio ſolet augere, & declarare dictum. l. cùm pater. §. dulciſsimis. de legat. ij. Quinto pro hac parte facit. l. ſciendum. qui ſatiſda. cogan. quo in loco vſufructuarius tenetur ſatiſdare, eò quia tex. dicit, *nõ poſſidet*. Huic benè reſpondent Iaſon, & Dd. quòd tex. ibi cum toto tit. requirit poſſeſsionem naturalem, & ciuilem cum dominio rerum immobilium. Poſtremò multum ad hãc ſententiam facit text. in l. Colonus. §. Iulianus. ad exhib. vbi ſic legimus. *Quamquam rem teneat vſufructuarius, non tamen poſſidet.* Id verò ſic Doctores intelligere Iaſon affirmat, non poſsidet, ſcilicèt ciuiliter, quam tamen ſolutionem idem Iaſon procedere non poſſe fatetur, & vt communis ſentẽtia

nihilominùs defendatur, ſic eſt dicendum. Quòd iſthæc ſententia & reſponſio cōmunis Do. omninò aduerſetur textui, nec locum poſsit habere ad illum tex. Cùm enim I.C. ibi primò loquatur de eo, q. miſſus fuerat in poſſeſsionem ventris nomine, vel alia cauſa à Prætore, dicitque illos nō poſsidere, id intelligendum eſt, ſcilicèt non poſsidere ciuiliter, ac naturaliter. Iſti enim, vt ſ. eſt demonſtratū, detinere, non autem poſſidere dicuntur. d. l. non ſolum. Loquitur poſteà I.C. de vſufructu: eodemq; modo reſpondet non teneri illum ad exhibendum, quia nec iſte vtique poſsidet. Neceſſariò itaque apparet, cum I.C. in præcedentibus perſonis voluerit illas nō poſsidere, ſed tenere, eodem plane modo vſufructuarium non poſsidere, ſed tenere, cùm ex eadem ratione decidat I.C. dicens. Nec vtique iſte poſsidet. Et ſequeretur, vt ſuprà diximus. ad d. l. certè. non fuiſſe eandem rationem. quod expreſsim eſt contra textū, item malam fuiſſe comparationem, quorum neutrum dicendum eſt, eſſet enim hoc redarguere I.C. Et ex præcedentibus liquet, hāc ſententiam iuri magis eſſe conſonam, paruique

uique eſſet laboris pro communi ſententia iuribus.ſ. adductis reſiſtere, cùm pro hac parte allegatis è regione difficillimum
95 foret, reſpondere.† Confunditur etiam rationibus iſta communis. Primò quia naturalis poſſeſsio conſiſtit in fundo, vt per tex. noſtrum cum alijs. Ius verò vſufructus nõ conſiſtit in fundo. Nam vſufructuarius nõ habet ius directum, neq; dominus fundi dicitur, ſed dicitur dominus Iuris vſufructus, quemadmodum Bartolus dicit in l. prima de bonis authoritate iudicum poſsidendis. Et ex definitione vſuffructus conſpicuum eſt, Eſt ius vtendi fruendi. vt in l. prima de vſufru. Si ergo non habet ius in re, & in fundo, quomodò conſiderari poterit naturalis poſſeſsio? Nam vſufructuarius non habet animum poſsidendi pro ſuo, quia ſcit rem eſſe alienam: vt dicit I.C. in dicta l. acquiritur. §. finali ſuprà titulo proximo. Atque iſta ratio optimè probatur in dicto §. Sed bonæ fidei, ſecundum Theophilum. Secundò facit. Nam poſſeſsio naturalis habet cauſſam perpetuã & olim & hodie, cũ etiã hodie traditio requiratur l. traditionibus C. de pactis. Ius

autem vſufructus non habet cauſam perpetuam, quum morte extinguatur, alijſque cauſis accidentalibus. §. finitur. quib. modis vſuf. amitta. Tertiò facit, quia validum eſt argumentum de toto quoad totum, ſicuti de parte, quoad partem. l. quæ de tota. de rei vendica. Sed colonus facit fructus ſuos, ſicut vſufructuarius: veruntamen non ſibi naturaliter poſsidet, ſed domino, vt omnes vno ore D D. fatētur. Eodem modo vſufructuarius ſi naturaliter poſsidet, non ſibi, ſed domino ſuo poſsidet. Et hæc videtur I. C. ſentire, dum dicit in d. l. naturaliter. Naturaliter poſsidere videtur is, qui vſumfructum habet. Non abſque myſterio vſus fuit I. C. illo verbo, *videtur*, quia propriè ſibi nō poſsidet, ſed domino ſuo. Quatenus Bartolus hîc, cum gloſſ. ac alijs ſequentibus, †

96 ponit quæſtionem, *quotuplex ſit poſſeſsio*: variæ fuerunt D D. ſententiæ. Azo dicebat vnicam eſſe ſpeciem poſſeſsionis: Ioannes verò duplicem, cuius ſententiæ Accurſius hîc, multisq; alijs in locis adſtipulatur, licèt contrarium ſenſerit in d. l. licèt. Sed ibi Accurſi. conſtanter non firmat, imò alijs in locis dicit, tutius eſſe ſententiam Ioannis amplecti.

amplecti.Hic eſt ſubtilis articulus, in quo, vt ſic dixerim, de cardine poſſeſsionis tractatur, & per diſcuſsionẽ iſtius articuli ſub-
97 ſtantia poſſeſsionis apparebit. † Iam verò quantum ad ſententiã Azonis, in qua plures fuere: Albericus de Roſate in d.l.licèt. dicit ciuilem poſſeſsionem in ſubſtantia nõ differre à naturali, præterquàm in nomine, & qualitatib. Atq; lex inuenit diuerſa nomina magis demõſtrandæ rei gratia, quàm ad conſtituendam in ſubſtantia differentiam. Hoc idem voluit Beſutius, Iacob. Butriga. Socy. hîc late, ac ſubtiliter hanc ſententiam defendit. Idem faciunt omnes recentiores, vt patet per Ticinẽſes hîc. Idem etiam Alcia. in d.l. quæſtio. de verbo. & rer. ſignifi. Præterea & Friburgenſes Briſgoiæ hîc, & in d. §. ex contrario. alijſque in locis, necnon & Tholoſani in d.l. naturaliter. §. nihil commune. j. eodem. Poſtremò & recẽtiores Peruſini, & præceptor meus Raynaldus Petrutius Rotæ auditor. Pro hac ſententia adducitur textus noſter hîc, dum I.c. ponendo etymologiam vocabuli, loquitur duntaxat de poſſeſsione naturali, vnde vnam eſſe apparet. † Sed tenẽdo ſen-
98

rentiam Ioannis,& communem, reſponde. tur, textum hunc noſtrum, propterea nos non compellere ad dicẽdum vnam ſolummodò eſſe ſpeciem poſſeſsionis. Nam I.C. habuit ratiõẽ ad originem, & initium poſſeſsionis & illã denominauit ab origine, ſiue à pedibus ſiue a ſedib⁹, vt ſuprà dictũ eſt. Antiquitus enim poſſeſsio originẽ habuit à naturali detentatione: cùm omnia erãt cõmunia. c. ius naturale. j. diſtin. poſteà ſupervenit lex poſitiua, & in lucem edidit ciuilem poſſeſsionem, nomine, & re differentem, quemadmodum. j. dicemus. Ex quo meritò ſequitur duplicem eſſe poſſeſsionis ſpeciem.

Secundò pro hac ſententia ponderabat Azo tex. in d.l. licèt. C. eodem. vbi eſt ratio, ꝙ poſſeſsio eadẽ ſit quæ acquiritur & quæ retinetur. Ergo eadem eſt, & ſic vnica, ad hoc comprobandum rectè quis adduxerit textum in l. prima. §. hoc interdictum, & in fine, infrà de vi & vi armata & in l. ꝗ bona fide, infrà eodem ibi, *ademiſti poſſeſsionem quam animo &c.* Sed reſpondetur ad iſtũ textum poſſeſsionem, quæ acquiritur, &

quæ retinetur, imo potiùs diuerſa eſt vt idem Ioann. eundem textũ adducebat. Extingueretur enim naturalis poſſeſsio propter rei abſentiam, niſi lex induxiſſet ciuilem poſſeſsionem, quæ operatur animi retentionem, atque hoc modo poſſeſſio interrumperetur, neque eſſet continua, adeò vt alius vſucapere nõ poſſet, & ſic iuris effectus inutiles eſſent. Ad ſententiam confirmandam Socinus hîc, & Zaſius poſt ipſum adducunt dictã l. qui bona fide. dum textus dicit, qui & animo, & corpore poſſeſsioni incumbens, &c. & ſic naturaliter, & ciuiliter. Et loquitur I.C. in numero ſingulari, ergo vnica eſt poſſeſſio. Sed huic textui ſic occurrere poteris. Si eſt vnita poſſeſsio naturalis cum ciuili, tunc vnum, & idem eſt compoſitum, & ſic vnica quoque poſſeſsio, non igitur abs re lex in numero ſingulari loquitur. Sin verò diſiungantur, tum duæ ſunt ſpecies, vt infrà dicemus.

Quartò eſt textus in dicto. §. l. tertia §. genera. infrà eodem. dum textus dicit, tot eſſe genera poſſeſsionum, quot ſint modi acquirendi poſſeſsionem.

Subiūgit deinceps I.C.in ſumma vnum eſt genus poſsidēdi.Si genus ibi ſecundum I.C. ſumitur pro ſpecie.Bart.& omnes in.l.ij.§. mutui datio.ſi cert.petat.perinde eſt, ac ſi I.C.dixerit, vnica eſt ſpecies poſſeſsionis, & omnes recentiores dicūt huius quæſtionis eſſe ibi caſum, vnicam ſcilicèt ſtatuendam poſſeſsionem, & de hac quæſtione ampliùs contendere ac diſputare nullius eſſe momē ti. Demiror autem DD. hoc in loco audaciam, qui tam inconſultò affirmant inibi caſum pro hac ſententia eſſe, cùm text.ibi illorum intentioni nequaquàm inſeruiat. quem tex.prius adduxit Socyn.hîc. quod enim tex.ibi dicit, vnum eſt genus poſsiden di etiam ſi vera ſit illorum expoſitio, non ta men is ſenſus eſt I.C.quòd vnicam poſſeſſionem eſſe velit, ſcilicèt naturalem. Verùm hic eſt verus & apertus I.C.ſenſus, vt appa ret in.l.j.ǰ.pro ſuo.vbi maniſeſtè declarat in.d.§.genera, quomodo ſit intelligendus in illis verbis.*quod ſi quis poſſederit rem ali quam, ſiue pro emptore, ſiue pro donato, aut pro legato, aut pro hærede, vel quacunque alia cauſa atque titulo ſemper dicitur poſſidere pro ſuo.* Qui enim poſsidet pro hærede

poſsidet

poſsidet pro ſuo, ac in effectu ex quacunq; cauſa poſsideamus, ſemper pro ſuo poſsidere videmur. Atque hic quidem ſenſus eſt I.C. in d. §. genera. qui probatur iuncta l. j. pro ſuo. Ex quibus iam liquet iſtum textũ Azonis intẽtionem non probare. Nec ſocynus illius textus adducendi fuit auctor, cũ omnes illum præ manibus habeant, quanquam & Zaſius hic glorietur. Verũ nihil ad propoſitum text. ille. Quintò pro hac ſententia facit ſecũdum Zaſium hic, & in d. §. ex contrario: ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio, at ſi diuerſę ſpecies eſſent ſeparatæ naturalis, & ciuilis, profectò ſi extingueretur vna, remaneret altera, cũ eſſent ſeparatæ, & vna ab altera non dependeret. Atque hæc eſt natura ſeparatorum, vt ipſe hîc inquit. Oſtẽdit hoc modo, ſi per ditur poſſeſsio animo, iam perditur poſſeſsio naturalis. l. iij. §. in amittenda. j. eo. Conſpicuum igitur eſt naturalem abſque ciuili non manere, & vna deſtructa, deſtrui etiam alteram. Apparet itaque manifeſtè non eſſe ſeparatas ſpecies, vt DD. communiter volunt nullumque errorem vnquam tam craſſum in materia poſſeſsionis commiſſum eſſe,

quã iſtũ Zaſius dicit. Ad iſtud argumẽtũ, quãuis argutũ admodũ exiſtimari poſsit reſpõderi im, dãdo inſtãtiã, qua illius corrueret argumentũ. Nã videmus, quòd ſeparata naturali remanet ciuilis abſq; illa, vt eſt caſus in lege noſtra, §. per ſeruum qui in fuga, & in. l. qui fundũ. in prin. ſ. pro emp. In quibus iurib. oſtenditur, quòd quamuis pereat poſſeſsio naturalis, remaneat tamen ciuilis. Præterea etiam tex. eſt ſecundum communẽ lecturam in d. §. qui ad nundinas. Vbi alius nõ retinet naturalem, ſi alter ingreſſus ſit poſſeſsionem fundi, & tamen ſeruatur ciuilis poſſeſsio. Et ſic apparet argumentũ Friburgenſium non eſſe ſolidum. Dein etiam reſponderi poteſt, Quòd licet non differant in ſubſtantia, differant tamen in forma, vt infrà oſtendam. Sextò facit ſecũndum Peruſinos: ciuilis enim poſſeſſio non poteſt conſiderari ni priùs naturalis præcedat: Quia ciuilis poſſeſsio tendit ad retentionem naturalis acquiſitæ. dicta l. licet. dicta l. quemadmodum. cum ſimilib. Itaque apparet quòd vna, eademque ſit ſpecies. Cui reſponſioni ad hunc modum occurres, quemadmodũ etiã inferiùs dicam,

dicam, verum eſſe, quantum ad ſubſtantiam, non conſiderari poſſe ciuilem à principio, niſi conſideretur etiam naturalis. Et quamuis ciuilis abſque naturali ex poſt facto ſtare poſsit, a principio tamen vna atque eadem eſt, quantum ad ſubſtantiam, poſteà verò quantum ad formam in actu retentionis, & amiſsionis eſt diuerſa, quoniam vt ſuprà vidimus, ciuilis abſque naturali ſtare poteſt, quamuis naturalis abſque ciuili conſiſtere nequeat. Septimò facit, quòd vna eademque ſit ſpecies. Nam ciuilis poſſeſsio nihil noui inducere videtur, niſi approbando, & reprobando, vt puta in re ſacra, in perſona ſeruorum, & alijs caſibus, Ideò nõ debet induci diuerſa ſpecies. l. nam & ipſum. de iuſti. & iure. Hocq; ſentiebat Azo hîc, vt refert Accurſ. Ad iſtud autem argumentum reſpondebis, quemadmodum ſ. Quòd non ſolùm ciuilis poſſeſsio approbat, vel improbat, imò ponit formam diuerſam à ſubſtantia. Quia naturalis poſſeſsio propter rei abſentiam amittebatur, ciuilis verò operatur retententionẽ, quod naturalis nõ faciebat, hinc liquet alterã ab altera eſſe diuerſam.

maximã hîc vim faciant, facilè tamẽ huic tex. occurri poſſet. Reſpõdetur enim ibi nõ poſsidemus ciuiliter. Atque iſta reſpoſio, ſicuti infrà dicemus, ad plura adaptari iura poteſt. Secundò pro hac ſententia adducitur text. in l. acquiritur. §. fin. ſ. tit. prox. ibi, non poſsidet, atque indiſtinctè. l. c. reſpondet nõ poſsidere. Itaque quum lex indiſtinctè loquatur, debemus dicere non poſſidere, neque ciuiliter, neque naturaliter, l. non diſtinguemus. de arbitr. l. de precio. de public. cum ſimilibus. ſed ſi quis communem defendere mallet, ad illum textum communis ſolutio optimè procedere videtur, nam cum lex ibi dicat ſimpliciter vſufructuarium non poſsidere, id debemus intelligere abſolutè de ciuili: eò quia ibi diſputatur de vſucapione, & text. ibi dicit non poſſe vſucapere, ſubnectit rationem quia non poſsidet: Non poſſumus igitur dicere textum potiùs loqui de naturali, ex quo naturalis ſola nullo modo vſucapionem parere ſolet, vt Dd. latiſſimè dicunt in l. tertia. §. ex contratrio. j. eodem. Prætereà textus ille intelligendus eſt de ciuili duntaxat, quoniam verba ſimpliciter prolata in

dubio

dubio intelliguntur de actu potentiore.l.j. §.qui in perpetuum.cũ ibi notatis.ſi ager. vectig.vel emphy.peta. Hæc eadẽ reſponſio poteſt dari ad textũ in.§.ſed bonæ fidei. Inſt.per quas pars nob. acqui.vbi Imperator idem de verbo ad verbum repetit, quod tex.dicit in d.l.acquiritur.d.§.fin.veruntamẽ ſi tex.ille in.d.§.ſz bonæ fidei.legeretur ſecundũ Theophilum, optimè hanc ſententiã probaret contra communem opinionẽ: nam ibidem Imperator dum rationem reddit, quamobrem is, qui habet vſumfructũ nõ præſcribat, eandem cauſam ſubiungit, quã I.C. quoniam non poſsidet, habetur enim in textu: *Eſt autem poſſeßio animo dominandi poßidere*. Hic verò ſolummodò habetur. *Ius vtendi & fruendi*. Quæ quidem ratio, quemadmodum poſteà dicam hanc doctorum controuerſiam dirimere videtur.

Tertiò vrget text. in l.certè. §.is qui.de precario.dupliciter illum ponderando, primò dum dicit, vſufructuarium, inquilinum, colonum, nõ poſsidere.deinde multò fortiùs dum comparationem inſtituit inter perſonas ſupradictas, & vſufructuarium

quæ perſonæ nullo modo poſsident, neque naturaliter, neque ciuiliter. l. non ſolùm. §. quod vulgò. ǰ. tit. prox. Nihil enim illæ perſonæ detinent. Vt igitur bene argumentetur I.C. neceſſe eſt dicere vſufructuarium nec naturaliter, nec ciuiliter poſsidere, aliàs non eſſet bona comparatio inter prædictas perſonas, ac redargui poſſet I.C. ſi ſecus diceret. Communis Dᴅ. reſponſio ad illum textum, ſatis tuta non videtur, quoniã inibi loquatur textus, quando vſufructuario ius vſufructus nondum fuerit conſtitutum Quamuis enim in fundo eſſet, non tamẽ ob id naturaliter poſsideret. mera hæc eſt diuinatio ad tex. iſtum, imò verò violatio, cum I.C. conſideret dictas perſonas tenere, & nõ poſsidere. Manifeſtum itaq; eſt, hanc differentiam non eſſe faciendam, cùm illo in loco ratio ſit generalis. Quarto loco longè magis vrget. l. j. §. quod ait prætor aut dolo. ǰ. quorum legatorum. vbi I.C. dictum generale expreſſè ponit, dicens, vſus & vſufructus non poſſidetur, ſed tenetur. Ratio illa eſt generalis. doctorum autem reſponſio ad illum tex. nõ eſt admodum valida, quod ſcilicèt inibi loquatur in caſu particulari,

vide-

videlicèt quando legatarius propria autoritate vſufructũ occupaſſet, antequàm ſibi fuiſſet ab hærede conſtitutus: atqui hoc ipſum quoque eſt diuinare, atque reſtringere inſuper textum.& dictum, eius generale. Dum I.C. dicit. Me mouet, inquit, ad dicendum vſumfructum non competere, quia vſufruct' nõ poſsidetur. & Minimè igitur obſcurum eſt per rationem generalem, dictum in omni caſu procedere. Etenim ratio ſolet augere,& declarare dictum. l. cùm pater. §. dulciſsimis. de legat. ij. Quinto pro hac parte facit. l. ſciendum. qui ſatiſda. cogan. quo in loco vſufructuarius tenetur ſatiſdare, eò quia tex. dicit, *nõ poſsidet.* Huic benè reſpondent Iaſon,& Dd. quòd tex. ibi cum toto tit. requirit poſſeſsionem naturalem,& ciuilem cum dominio rerum immobilium. Poſtremò multum ad hãc ſententiam facit text. in l. Colonus. §. Iulianus. ad exhib. vbi ſic legimus. *Quamquam rem teneat vſufructuarius, non tamen poſsidet.* Id verò ſic Doctores intelligere Iaſon affirmat, non poſsidet, ſcilicèt ciuiliter, quam tamen ſolutionem idem Iaſon procedere non poſſe fatetur,& vt communis ſentẽtia

nihilominùs d. fendatur, ſic eſt dicendum. Quòd iſthæc ſententia & reſponſio cōmunis Do.omninò aduerſetur textui, nec locum poſsit habere ad illum tex. Cùm enim I.C.ibi primò loquatur de eo, q̨ miſſus fuerat in poſſeſsionem ventris nomine, vel alia cauſa à Prætore, dicitque illos nō poſsidere, id intelligendum eſt, ſcilicèt non poſsidere ciuiliter, ac naturaliter. Iſti enim, vt s̃. eſt demonſtratū, detinere, non autem poſſidere dicuntur. d. l. non ſolum. Loquitur poſteà I.C. de vſufructu: eodemq́; modo reſpondet non teneri illum ad exhibendum, quia nec iſte vtique poſsidet. Neceſſariò itaque apparet, cum I.C. in præcedentibus perſonis voluerit illas nō poſsidere, ſed tenere, eodem plane modo vſufructuarium non poſsidere, ſed tenere, cum ex eadem ratione decidat I.C. dicens. Nec vtique iſte poſsidet. Et ſequeretur, vt ſuprà diximus. ad d.l. certè. non fuiſſe eandem rationem. quod expreſsim eſt contra textū, item malam fuiſſe comparationem, quorum neutrum dicendum eſt, eſſet enim hoc redarguere I.C. Et ex præcedentibus liquet, hāc ſententiam iuri magis eſſe conſonam, par-

uique

uiq;e eſſet laboris pro communi ſententia iuribus.s. adductis reſiſtere, cùm pro hac parte allegatis è regione difficillimum
95 foret, reſpondere.† Confunditur etiam rationibus iſta communis. Primò quia naturalis poſſeſsio conſiſtit in fundo, vt per tex. noſtrum cum alijs. Ius verò vſufructus nõ conſiſtit in fundo. Nam vſufructuarius nõ habet ius directum, neq; dominus fundi dicitur, ſed dicitur dominus Iuris vſufructus, quemadmodum Bartolus dicit in l. prima de bonis authoritate iudicum poſsidendis. Et ex definitione vſuffructus conſpicuum eſt, Eſt ius vtendi fruendi. vt in l. prima de vſufru. Si ergo non habet ius in re, & in fundo, quomodò conſiderari poterit naturalis poſſeſsio? Nam vſufructuarius non habet animum poſsidendi pro ſuo, quia ſcit rem eſſe alienam: vt dicit I.C. in dicta l. acquiritur. §. finali ſuprà titulo proximo. Atque iſta ratio optimè probatur in dictò §. Sed bonæ fidei, ſecundum Theophilum. Secundò facit. Nam poſſeſsio naturalis habet cauſſam perpetuã & olim & hodie, cũ etiã hodie traditio requiratur l. traditionibus C. de pactis. Ius

autem vſufructus non habet cauſam perpetuam, quum morte extinguatur, alijſque cauſis accidentalibus. §. finitur. quib. modis vſuf. amitta. Tertiò facit, quia validum eſt argumentum de toto quoad totum, ſicuti de parte, quoad partem. l. quæ de tota. de rei vendica. Sed colonus facit fructus ſuos, ſicut vſufructuarius: veruntamen non ſibi naturaliter poſsidet, ſed domino, vt omnes vno ore D D. fatētur. Eodem modo vſufructuarius ſi naturaliter poſsidet, non ſibi, ſed domino ſuo poſsidet. Et hæc videtur I.C. ſentire, dum dicit in d. l. naturaliter. Naturaliter poſsidere videtur is, qui vſumfructum habet. Non abſque myſterio vſus fuit I.C. illo verbo, *videtur*, quia propriè ſibi nō poſsidet, ſed domino ſuo. Quatenus Barto-
96 lus hîc, cum gloſſ. ac alijs ſequentibus, † ponit quæſtionem, *quotuplex ſit poſſeſsio*: variæ fuerunt D D. ſententiæ. Azo dicebat vnicam eſſe ſpeciem poſſeſsionis: Ioannes verò duplicem, cuius ſententiæ Accurſius hîc, multisq; alijs in locis adſtipulatur, licèt contrarium ſenſerit in d. l. licèt. Sed ibi Accurſ. conſtanter non firmat, imò alijs in locis dicit, tutius eſſe ſententiam Ioannis amplecti.

amplecti. Hîc eſt ſubtilis articulus, in quo, vt ſic dixerim, de cardine poſſeſsionis tractatur, & per diſcuſsionē iſtius articuli ſub-
97 ſtantia poſſeſsionis apparebit. † Iam verò quantum ad ſententiā Azonis, in qua plures fuere: Albericus de Roſate in d.l.licèt. dicit ciuilem poſſeſsionem in ſubſtantia nō differre à naturali, prærerquàm in nomine, & qualitatib. Atq; lex inuenit diuerſa nomina magis demōſtrandæ rei gratia, quàm ad conſtituendām in ſubſtantia differentiam. Hoc idem voluit Beſutius, Iacob. Butriga. Socy. hîc late, ac ſubtiliter hanc ſententiam defendit. Idem faciunt omnes recentiores, vt patet per Ticinēſes hîc. Idem etiam Alcia. in d.l. quæſtio. de verbo. & rer. ſignifi. Prætereà & Friburgenſes Briſgoiæ hîc, & in d. §. ex contrario. alijsq́ue in locis, necnon & Tholoſani in d.l. naturaliter. §. nihil commune. j. eodem. Poſtremò & recētiores Peruſini, & præceptor meus Raynaldus Petrutius Rotæ auditor. Pro hac ſententia adducitur textus noſter hîc, dum I.C. ponendo etymologiam vocabuli, loquitur duntaxat de poſſeſsione naturali,
98 vnde vnam eſſe apparet. † Sed tenēdo ſen-

rentiam Ioannis,& communem,reſpondetur,textum hunc noſtrum, propterea nos non compellere ad dicēdum vnam ſolummodò eſſe ſpeciem poſſeſsionis. Nam I.C. habuit rationē ad originem,& initium poſſeſsionis,& illā denominauit ab origine,ſiue à pedibus ſiue a ſedib⁹,vt ſuprà dictū eſt. Antiquitus enim poſſeſsio originē habuit à naturali detentatione: cùm omnia erāt cōmunia.c.ius naturale.j.diſtin.poſteà ſuperuenit lex poſitiua,& in lucem edidit ciuilem poſſeſsionem,nomine, & re differentem ,quemadmodum.j. dicemus.Ex quo meritò ſequitur duplicem eſſe poſſeſsionis ſpeciem.

Secundò pro hac ſententia ponderabat Azo tex.in d.l.licèt.C.eodem. vbi eſt ratio, ꝙ poſſeſsio eadē ſit quæ acquiritur & quæ retinetur. Ergo eadem eſt,& ſic vnica,ad hoc comprobandum rectè quis adduxerit textum in l.prima.§.hoc interdictum,& in fine,infrà de vi & vi armata & in l. q bona fide.infrà eodem ibi,*ademiſti poſſeſsionem quam animo &c.* Sed reſpondetur ad iſtū textum poſſeſsionem, quæ acquiritur, &

quæ

quæ retinetur, imo potiùs diuerſa eſt vt idem Ioann. eundem textũ adducebat. Extingueretur enim naturalis poſſeſsio propter rei abſentiam, niſi lex induxiſſet ciuilem poſſeſsionem, quæ operatur animi retentionem, atque hoc modo poſſeſſio interrumperetur, neque eſſet continua, adeò vt alius vſucapere nõ poſſet, & ſic iuris effectus inutiles eſſent. Ad ſententiam confirmandam Socinus hîc, & Zaſius poſt ipſum adducunt dictã l. qui bona fide. dum textus dicit, qui & animo, & corpore poſſeſsioni incumbens, &c. & ſic naturaliter, & ciuiliter. Et loquitur I.C. in numero ſingulari, ergo vnica eſt poſſeſſio. Sed huic textui ſic occurrere poteris. Si eſt vnita poſſeſsio naturalis cum ciuili, tunc vnum, & idem eſt compoſitum, & ſic vnica quoque poſſeſsio, non igitur abs re lex in numero ſingulari loquitur. Sin verò diſiungantur, tum duæ ſunt ſpecies, vt infrà dicemus.

Quartò eſt textus in dicto. §. l. tertia §. genera. infrà eodem. dum textus dicit, tot eſſe genera poſſeſsionum, quot ſint modi acquirendi poſſeſsionem.

Subiũgit deinceps I.C.in ſumma vnum eſt genus poſsidẽdi.Si genus ibi ſecundum I.C. ſumitur pro ſpecie.Bart.& omnes in.l.ij.§. mutui datio.ſi cert.petat.perinde eſt,ac ſi I.C.dixerit,vnica eſt ſpecies poſſeſsionis,& omnes recentiores dicũt huius quæſtionis eſſe ibi caſum,vnicam ſcilicèt ſtatuendam poſſeſsionem,& de hac quæſtione ampliùs contendere ac diſputare nullius eſſe momẽ ti. Demiror autem Dd. hoc in loco audaciam, qui tam inconſultò affirmant inibi caſum pro hac ſententia eſſe,cùm text.ibi illorum intentioni nequaquàm inſeruiat. quem tex.prius adduxit Socyn.hîc. quod enim tex.ibi dicit,vnum eſt genus poſsiden di etiam ſi vera ſit illorum expoſitio,non tamen is ſenſus eſt I.C.quòd vnicam poſſeſſionem eſſe velit,ſcilicèt naturalem. Verùm hic eſt verus & apertus I.C.ſenſus,vt appa ret in.l.j.j.pro ſuo.vbi manifeſtè declarat in.d.§.genera, quomodo ſit intelligendus in illis verbis.*quod ſi quis poſſederit rem ali quam,ſiue pro emptore,ſiue pro donato, aut pro legato, aut pro hærede,vel quacunque alia cauſa atque titulo ſemper dicitur poſsidere pro ſuo.*Qui enim poſsidet pro hærede poſsidet

poſsidet pro ſuo, ac in effectu ex quacunq; cauſa poſsideamus, ſemper pro ſuo poſs iđere videmur. Atque hic quidem ſenſus eſt I.C. in d. §. genera. qui probatur iuncta l. j. pro ſuo. Ex quibus iam liquet iſtum textũ Azonis intẽtionem non probare. Nec ſocynus illius textus adducendi fuit auctor, cũ omnes illum præ manibus habeant, quanquam & Zaſius hîc glorietur. Verũ nihil ad propoſitum text. ille. Quintò pro hac ſententia facit ſecũdum Zaſium hîc, & in d. §. ex contrario: ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio, at ſi diuerſę ſpecies eſſent ſeparatæ naturalis, & ciuilis, profectò ſi extingueretur vna, remaneret altera, cũ eſſent ſeparatæ, & vna ab altera non dependeret. Atque hæc eſt natura ſeparatorum, vt ipſe hîc inquit. Oſtẽdit hoc modo, ſi perditur poſſeſsio animo, iam perditur poſſeſsio naturalis. l. iij. §. in amittenda. j. eo. Conſpicuum igitur eſt naturalem abſque ciuili non manere, & vna deſtructa, deſtrui etiam alteram. Apparet itaque manifeſtè non eſſe ſeparatas ſpecies, vt Dd. communiter volunt nullumque errorem vnquam tam craſſum in materia poſſeſsionis commiſſum eſſe,

dicam, verum eſſe, quantum ad ſubſtantiam, non conſiderari poſſe ciuilem à principio, niſi conſideretur etiam naturalis. Et quamuis ciuilis abſque naturali ex poſt facto ſtare poſsit, a principio tamen vna atque eadem eſt, quantum ad ſubſtantiam; poſteà verò quantum ad formam in actu retentionis, & amiſsionis eſt diuerſa, quoniam vt ſuprà vidimus, ciuilis abſque naturali ſtare poteſt, quamuis naturalis abſque ciuili conſiſtere nequeat. Septimò facit, quòd vna eademque ſit ſpecies. Nam ciuilis poſſeſsio nihil noui inducere videtur, niſi approbando, & reprobando, vt puta in re ſacra, in perſona ſeruorum, & alijs caſibus, Ideò nõ debet induci diuerſa ſpecies. l. nam & ipſum. de iuſti. & iure. Hocq; ſentiebat Azo hîc, vt refert Accurſ. Ad iſtud autem argumentum reſpondebis, quemadmodum ſ. Quòd non ſolùm ciuilis poſſeſsio approbat, vel improbat, imò ponit formam diuerſam à ſubſtantia. Quia naturalis poſſeſsio propter rei abſentiam amittebatur, ciuilis verò operatur retententionẽ, quod naturalis nõ faciebat, hinc liquet alterã ab altera eſſe diuerſam.

100 † Secunda ſententia principalis fuit Ioannis, cui ſubſcribit Accurſius hîc, cæterique Dd. communiter, vt hîc per Alexan. Aret. Iaſo. & reliquos, nimirũ duplicem eſſe poſſeſsionem. Quæ ſententia pluribus iurium autoritatibus ſuffulcitur. Primò namque adducitur text. in d. l. licèt. vbi ponit Imperator inter diuerſa. Ibi enim text. dicit, duplicem eſſe rationem poſſeſsionis, vnã quæ in corpore, alteram quæ in animo conſiſtit: vnde illas eſſe diuerſas apparet: quod quãdo ponitur inter diuerſa duo interuenire debeant, animus nimirum, & corpus. in retentione autem ſolus animus ſufficit: ergo diuerſæ ſunt. Ad hoc ſic reſpondetur, quãuis diuerſimodè naturalis poſſeſsio acquiratur, retineaturque, id tamen quod retinetur, ſemper in ſubſtantia vnum & idem eſt, ac retentio ciuilis ob hoc nõ mutat ſubſtantiam poſſeſsionis naturalis, vti accidẽs per notat. in Inſtit. de iure perſona. §. fin. & l. fina. §. quoties. de publica. & vectigal. Secundò videtur locus eſſe pro hac ſententia in dicta l. nemo ambigit. C. eod. ibi, *Duplicem eſſe rationem poſſeſsionis, vnam quæ in corpore, alteram quæ in animo conſiſtit.* Et perinde

perinde eſt ac ſi Imperator his verbis vſus fuiſſet, vnam quæ naturalis dicitur, alterã quæ ciuilis nũcupatur: cũ animus, vt ſuprà diximus in principio ſit naturalis, ſic ciui-
101 lis poſſeſsio. † Defendendo ſententiã Azonis, reſponderi poteſt ad iſtum text. quòd ibi intelligere debeamus rationẽ pro qualitate, hoc eſt, quòd duæ qualitates inſint in poſſeſsione, vna quæ in corpore, altera quæ in animo conſiſtit, videlicet ꝙ ad hoc, vt poſſeſsio in lucẽ reddatur, neceſſe eſt vt animus, corpusq; interueniat. d. l. iij. & l. quemadmodum. j. eo. Atq; hoc modo textus ipſe potiùs probaret contrarium, ꝙ in ſubſtantia ſit vnica, quamuis diuerſæ ſint
102 qualitates. † Tertiò pro hac ſententia Ioannis adducitur text. in l. ij. §. j. pro hærede. dum expreſsè ibi dicitur, *naturalis ſiue ciuilis*, quo in loco de hac quæſtione text. eſſe videtur, ac eſſe ſuperfluum plurib. de hac re diſputare. quem text. etiam conſiderabat Dynus in d. c. ſine poſſeſsione. Et per iſtum textum, & alia Auinionenſes profeſſores Iuris aſſerunt verã eſſe cõmunem ſentẽtiã. Quãquam verò Bar. dixerit illũ textũ hoc non probare, eò ꝙ naturalis poſſeſsio ibi

accipitur ꝓ detẽtatione per exẽpla appoſita ꝑ I.C.quæ nõ cadũt in naturalẽ poſſeſsionem vt in Depoſitario,& Cõmodatario, q̃ nõ poſsidẽt,ſed detinẽt,l.licet §. rei depoſitæ,depoſiti. Atq; hæc reſpõſio gloſſæ,quãuis huius Bartolus mentionem nõ faciat,licet ĩ hac ſolutione gloſſæ nõ reſideat, reſidet tamẽ in alia,vt ille te.à fortiori arguit. Quòd ſi in naturali poſſeſsione, vel in ciuili nõ datur immutatio poſſeſsionis, à fortiori,nec in detẽtatione. Hic ſenſus colligitur ibi, in verbo,Propterea,q̃ illationẽ denotare videtur,nec reſtrictiuè ad dictum generale ſumi debet. Exẽpla enim nõ reſtringũt dictũ l.dãni infecti.cũ vulg.de dãn.inf.Ideò omnino dicitur ad textum in l. j. §. deijcitur. infrà de vi & vi arma. Bartoli reſponſionem non poſſe procedere. Etenim ſi naturalis poſſeſsio ibi acciperetur pro detentatione, ſequeretur vnum contrà illum textum quòd illi qui detineret, competere deberet illud interdictum:quod eſt expreſſe contra illum textum,cùm omnino illud interdictum poſſeſsionem requirat. d.l.i. §. hoc interdictum, & dicto §.deijcitur. Vbi neceſſe eſt ad hoc, vt illud interdictum

comp

competat,vt is vel naturaliter, vel ciuiliter poſsideat, & videtur excludere detentationem, dum expreſſe ibi excludit Colo-
103 num. Et ratio eſt, cùm non poſsidet. † Tenendo veruntamen ſententiam Azonis alio modo reſponderim. Quòd licet leges diſtinguendo nomina iſta dicant, Siue ciuilis, ſiue naturalis, non tamen ob id ſequitur diuerſas eſſe ſpecies. Nam nominum diuerſitas non inducit diuerſitatem in ſubſtantia, ita dicit Bartol. in l. ſi idem. C. de Codicill. Et ſic procedat id, quod dicebat Alber. de Roſate, in dicta l. licèt, quòd lex inuenerit iſta vocabula gratia commodioris doctrinæ magis, quàm ad conſtituendam diuerſam ſpeciem. Quartò vltra iura prædicta videtur facere ſatis efficax ratio, quod ſcilicèt debeant eſſe duæ ſpecies ſeparatæ. Nam lex pro abſurdo habet, duos ſimul naturaliter inſolidũ poſsidere d. §. ex contrario. Sed ingreſſus in poſſeſsionẽ alteriꝰ, quaſi cũ domino poſsidere dicitur vt dicit tex. in d. §. q. ad nũdinas. Neceſſariò igitur ſequitur ad hoc vt ceſſet abſurdum, duas eſſe ſpecies, vt vnꝰ naturaliter poſsideat, alter vero ciuiliter. Ad hanc reſpõſionẽ replicãt Azo

& Placentinus, in alia tamen quæſtione,vt ſ.per gloſſ.vidiſtis,quòd ingreſſus haberet poſſeſsionem naturalẽ naturaliter,alter verò haberet naturalem ciuiliter.Hęc reſponſio nullo modo procedit,cum expreſſe textui in d.§ ex cõtrario refragetur,quia duo naturaliter poſsidere non poſſunt, neque cõſiderari poteſt aliqua mixtura:quia duo quoque ciuiles poſſeſſores ſimul inſolidum poſsidere nequeunt,quòd ſi diceretur,prout multi dicunt,quòd ingreſſus poſſeſsionem alterius non conſequatur poſſeſsionem naturalem,ſed duntaxit detentationem,naturalem verò dominus conſeruet, Reſpondendum eſt illam reſponſionem apertè confundi vltra textũ.in d l.§.qui ad nundinas. per textum legis noſtræ. §.per ſeruum.iuncta.l.ſi cui de libertate.§.licet.ſ. de liber.cauſſ quæ iura ſimul iuncta dicunt apprehenſorem rei naturaliter poſſidere, itidem inuertitur huiuſmodi reſponſio per text.in.l.iij §.Nerua.vbi I.c.ſummã ponit. quòd eatenus poſſidemus ciuiliter,quatenus naturalem poſſeſsionem nanciſci poſſumus. Hinc apparet naturalem poſſeſſionem eſſe penes apprehenſorem rei. Ad
idem

idem etiã facit tex.in l.qui bona fide.§.j.j̃.e. ibi.*ademiſti mihi poſſeſsionem, quam animo retinebam, licet corpore non retinerem.* Itaq; qui domino poſſeſsionem adimit, adimit naturalem. Verùm contrarium defendẽdo reſpondere poſſumus ad hunc modum. Fatemur quidem illum, qui ingreſſus ſit poſſeſsionem alterius, conſequi poſſeſsionem naturalem, ſed non ſequitur quòd etiam domin⁹ non retineat per ciuilem, quæ cõſiſtit in animo. Quia ſi habet animum recuperandi, neq; ſuſpicatur ſe poſſe repelli, adhuc reſeruat ius recuperandi naturalẽ, per poſſeſsionem ciuilẽ. Hoc eſt quod inſinuare voluit tex.in d.§.qui ad nũdinas. Quintò vltra DD.videtur nobis ſuffragari tex.in d.§.Nerua filius.inducẽdo illũ, vt s̃.vbi I.C. ſeparatim cõſiderat ciuilẽ, & naturalẽ poſſeſsionem, neq; obſtaret reſpõſio, quòd ille tex.loquatur in reb⁹ mobilibus. Nã reſponſio nõ eſſet generalis. Alio tamen modo cõtrarium defendẽdo reſpõdere poſſes, quòd illud verbum ibi, naturalem poſſeſsionẽ, accipiatur pro detentatione, ſicuti videmus etiã in ſimili, in l.ſtipulatio iſta.§.hæc quoque ibi, ad naturalem.j̃. de verbo.obligatio.

M

Sextò, quòd ſint diuerſæ ſpecies oſtenditur ex diuerſitate nominum.l.ſi idem.C.de codicil.Ad iſtud reſpõdetur, vti ſuprà dictum eſt, nimirum nominum diuerſitatem non inducere diuerſitatem in ſubſtantia. Septimo loco ego aliàs adducebam rationem huiuſmodi, certum eſt ius quærendum, & ius quæſitum inter ſe differre.l.qui autem. in princ.quæ in fraud.credit. Verùm naturalis poſſeſsio tendit ad ius quærẽdum, ciuilis autem ad iuris quæſiti retentionem: patet igitur diuerſas eſſe ſpecies. Sed reſpõderi poteſt, etiam naturalem poſſeſsionem eodem modo tendere ad retentionem iuris quæſiti, ſicut iam ſtatim quærẽdi, per naturalẽ apprehenſionem ius acquiritur, ac vno momento accedit approbatio ciuilis, naſciturq́; ſtatim ciuilis poſſeſsio, quamdo ortum habet naturalis poſſeſsio, & ſic vno, & eodem tempore conſiderãtur, vt ſentit tex.in d.l.licèt. Octauò ſecundum Iaſonem hìc, facit text.in l.quemadmodum.ʃ. eo.ibi, nulla poſſeſsio. Ergo datur intelligi, plures fore ſpecies poſſeſsionis, propter illud verbum, nulla, quod ſua propria natura plura ſignificat. Hìc reſponderi poteſt,
quòd

quòd ibi dictio,nulla,ponitur ratione cauſę vt ſenſus ſit,vt ex quacunq;,cauſa poſſeſsio acquiratur interuenire debeat corp⁹,& animus etiam in amittēdo.nō autem quod I.C. ſignificare velit plures eſſe ſpecies poſſeſsionis,ſed plures ſunt cauſe,modiq;,quib⁹ poſſeſsio aquiratur.d.§.genera.& d.l.j.j̄.ꝑ ſuo Deniq; ad confirmationem iſtius ſententiæ adducebatur etiam ratio hîc ſecundũ Iaſonem,& alios.Naturalis poſſeſsio ſolũ non eſt ſufficiens, vt effectus ciuiles ꝓducat.l. acquiritur.in fine.ſ̄.ti.proxi.verùm neceſſe eſt vt ciuilis quoq; interueniat.l. noſtra.§. per ſeruum & in l.qui fundũ.j̄.pro emptor. in prin.& ibi Bart.Dd.latè in d.§.ex contrario.Apparet igitur duas eſſe ſpecies poſſeſſionis.Sed huic,vt iam ſepiùs diximꝰ,reſpōderi poteſt,quòd cùm naturalis per ciuilem retinetur,eadem ſit in ſubſtantia,ciuilis tãtummodò operatur retentionem, & alios effectus,verũ ſubſtãtiam diuerſam non inducit.Item ciuilis ſola poteſt ciuiles produ cere effectus,quãdo naturalis ſit vacans,ſecus verò ſi res occuparetur ꝑ aliũ.Hoc videtur dicere tex.in d.l.noſtra.§.per ſeruum qui in fuga.Doctores ita limitant in dicto.

§.ex contrario.& infrà dicemus. Ex commemoratis ſuperiùs, apparet articulum iſtum valde eſſe diſputabilem in vtramque
104 partem. † Ita tamen Doctorum quis pugnantes opiniones componere poſſet, quod duplex ſit, & vnica poſſeſsio diuerſis tamen reſpectibus, hoc modo diſtinguendo: Aut enim conſideratur naturalis poſſeſsio vnà cum ciuili, quãtum ad ſubſtantiam, & quiddita tem: Aut conſideratur quantum ad formam, & ſolennitates à iure in poſſeſsione ciuili adhibitas. Nam vna eademque cauſſa poteſt diuerſis reſpectibus conſiderari, exemplo eſt teſtamentum, & matrimoniũ. Teſtamentum enim quantum ad ſubſtantiam, hoc eſt, ad voluntatem teſtatoris, iuxta definitionem I.C. in l.j. de teſtamen. eſt iuris gentium. Cognitũ enim eo erat, gentes, quæ, vt ſacræ docent literæ, teſtabantur. Quantũ verò ad formam, & ſolennitatem adhibitam à iure ciuili, teſtamentum eſt iuris ciuilis. Itidem & matrimonium, quantum ad ſubſtantiã, eſt iuris naturalis, ac gẽtium; quantum ad formam eſt iuris ciuilis ſeu iuris canonici. ita Bart. in terminis hoc dicit in iſtis exẽplis, in l. ſi id quod de condi.

indebi. Eodem planè modo alibi diximus, dotem quantum ad ſubſtantiam, eſſe iuris gentium l.eas de capi.diminu.vti Barto.& Dd.communiter volunt.in rub.in fin.ſolu. matri.Quantum verò ad formam contractus dotis eſt iuris ciuilis.Plura exempla referre poſſem, ſed ad propoſitum noſtrum redire ſatius fuerit. Si igitur conſideramus poſſeſsionem naturalem,quantum ad primum caſum: videlicet quoad ſubſtantiam, & quantitatem,vnica eſt poſſeſsio.Et hoc modo procedat ſententia Placẽtini & Azonis.Certum enim eſt, vt diximus,eandem eſſe ſubſtantiam in ciuili,quę eſt in naturali,nec quidquam aliud ius ciuile addere videtur,niſi quòd illa naturalis poſſeſsio animo retineatur,quòd per ſe naturalis remanere non potuiſſet, & ſic magis,vt ſentit Azo,propter approbationem,ac retentionem dici poterat ciuilis,argumento l.lege obuenire.de ver.ſigni.in l.iij.§.de illo.pro ſocio.cum ſimi.Et ſic Azo conſiderabat ciuilem diuerſam eſſe ad certum quid,nõ tamen in ſubſtantia:ſicque ſententiã illius ab alijs receptam tueri quis poteſt.Ad hunc modum procedat ſentẽtia Beſutij,Butrij,

Zaſij, Alciati, & aliorum, qui poſſeſsionem naturalem magis conſiderant in ſubſtantia, quàm in forma, ac ſolennitatibus.

Sin vero conſideramus poſſeſsionem naturalem cum ciuili quoad formam, & approbationem à iure ciuili factam, item quò ad ſolennitatem, & modos, quos lex ciuilis induxit, videlicèt vt animo retineatur, animoque amittatur. l. ſi id quod. §. finali. l. tertia. §. in amittenda. & dicta l. licèt. cum alijs pluribus.

Item quod ſerui poſsidere non poſsint, & ſic prohibendo. vt in l. quod ſeruus. infrà eodem. & l. cũ ſeruus. ſuprà, titul. proximo. Item quòd res ſacræ poſsideri nequeant. lege qui vniuerſas. infrà, titulo proximo.

Aliaq; plura à lege inducta, & addita naturali poſſeſsioni dicere poſſumus, ciuilẽ poſſeſsionem diuerſam eſſe à naturali, & è cõtra. & ſic diuerſas eſſe ſpecies. Nam certum eſt, quòd forma dat eſſe rei. l. Iulianus. verſ. ſed & ſi. cum ſimi. ad exhib. Atq; hanc ob cauſam non immeritò diuerſis nominibus, ſeparatis lex naturalem appellauit, & ciuilem. Et hoc maximè, quòd variæ, vt diximus, ſunt differentiæ inter naturalem, &

ciuilem

ciuilem: propter quas lex introduxit diuerſitatem ſpecierũ. Nam ex leuioribus cauſis lex ciuilis introducit ſpecies, neque tam ſtrictè procedit lex, quemadmodum Dialectici ac Philoſophi. Probatur hoc per.l.j.de prætor. ſtipula. quo in loco prætoriæ ſtipulationes in ſpecie diuiduntur, licèt vna, & eadem ſit ſubſtantia. Ad idem text.eſt in l. ij.§.poſteá. verſi. deinde. de orig. iuris. Vbi dicitur lege Hortenſia factum fuiſſe, vt inter Plebiſcita, & leges, ſpecies quædam intereſſet, licèt eadem eſſet poteſtas. Eſt igitur per textum illum manifeſtum, legem ex minima cauſa conſtituere ſpecies: qui tex. ad propoſitum illud eſt optimus, quem præceptor meus Decius quoque adducere ſolebat.

Poſt ipſum optimum adduco textum. in l.iam hoc iure. de vulgari & pupillari. ibi, Tertium quoque genus, & ſic tertiam ſpeciem, cùm tamen eadem ibi erat ſubſtantia, quoniam duplex erat ſubſtitutio reciproca, quæ continebat vulgarem, & pupillarem, attamen propter formam illam, vt Dd. ibi dicunt, tertia ſtatuitur
105 ſpecies. † Quanquàm Dd. Communiter,

vti vidiſtis,dicunt duplicem eſſe ſpecie poſſeſsionis,Bartolus tamen in hoc loco peculiarem habet ſententiam. Omnes enim tam antiquos,quam modernos Dd. damnat, triplicemq; poſſeſsionem conſtituit, videlicet naturalem in perſona vſufructuarij.d.l. ac quiritur.§.fi.& d.l.naturaliter.in prin. dein ciuilem in perſona Domini abſentis, et tertiam demum,quam vocabat corporalem, hancque eſſe,quando quis ingreſſus fuiſſet poſſeſsionem fundi abſente domino. adducit tex.in l.ſi id quod.§ fi.j.eo. Hæc ſingularis ſententia Bartoli, ab omnibus, prætterquàm Romano hic reijcitur. Aſſerit enim ipſe omnes Dd.à mente iuris deuiaſſe, cùm ipſe potius in hac ſua ſententia, quam ex ſuo capite ſic finxit magis,quàm iuris ratione aberrauerit. Romanus hic ad corroborandam ſententiam Bar.quædam iura adducit:ſcilicet tex.in l.fin.in verbo, corporalis.C.de fund.patri.lib. xi. qui contrarium potius probat, cùm loquatur de poſſeſsione naturali,& ciuili vnita, videlicet de præſcriptione quadraginta annorum.Non autem iniuria hanc Bart. ſententiam damnauere doctores;quoniam in verbis ſolùm co-

ſiſtit

ſiſtit, contra text.in l.ij.in fin. C.commu. de leg. Nam lex appellat interdum poſſeſſionem naturalem, nonnunquàm corporalem, vt probatur per text. noſtrum hîc, iuncta glo. in verbo, Naturali. in princip. Facit etiam tex. in l. j. §. interdictū. j. de vi & vi arma. & in pluribus alijs iuribus. Et quando quis alterius poſſeſsionem ingreditur, illa vel naturalis dicitur ſecūdum Dd. d. §. qui ad nūdinas. vel iudicatur iniuſta poſſeſsio. Sed poſſeſsio iuſta, vel iniuſta ſpecie nō differunt: vt dicitur in d. §. ex contrario. Item corporalis, & naturalis non ſeparantur: vt idem Bart. dicit in l. fin. de fundis patrimo. C. libr. xj. Cùm text. ibi nominat poſſeſsionem corporalē, per quam acquiritur præſcriptio. Et ſic ſtatuēdum eſt, vt ſ. diximus, poſſe dici vnicam eſſe, & duplicem, diuerſis tamen reſpectibus. Prætereà animaduertēdus eſt hoc in loco maximus Bartoli error, quamuis illam Dd. non viderint, dū in hac ſua ſentētia ſingulari, naturalem poſſeſsionem in perſona vſufructuarij collocat, quare excludere videtur naturalem poſſeſsionem vnitam cum ciuili, quùm tamē, vt ipſe, alijque ſentiunt, meliùs fuiſſet dicere, qua,

druplicem eſſe poſſeſsionem, & non excludere poſſeſsionem naturalem in perſona domini, quæ differre videtur a naturali in perſona vſufructuarij. Verùm hîc locum habet, quod frequenter de Bartol.dici ſolet, quandoque bonus dormitat Homærus. Maximum enim hîc errorem commiſit, ac talem quidem, vt nemo illius defenſionem ſuſcipere ſit auſus. Verùntamen auderem ego dicere, quòd Dd.patefecerint, triplicem conſtitui poſſeſsionem: naturalem nimirum vnitam, ſeu diſtinctam cum ciuili, deinde ciuilem vnitam, ſeu diſtinctã à naturali, denique mixtam poſſeſsionem naturalem, quæ de vtraque & naturali, & ciuili participaret, hæcque poſtrema eſſet illa, quæ in perſona vſufructuarij conſpiceretur, vel Emphyteutæ, vel feudatarij &c. In his enim perſonis poſſeſsio de naturali, & ciuili participat, de ciuili quidem quo ad fructuum acquiſitionem, & alia plura. Item poſſeſsio huiuſcemodi mixta animo cõſeruatur, ſicut ciuilis mera. Gloſſa enim & Dd.omnes vnanimes hîc dicunt, vſufructuarium, & à fortiore alios retinere poſſeſsionem naturalem quocunq; proficiſcan

ficiſcantur dicta l.tertia.§.vnde vi.Nec eſt dubium ex rerum mixtura conſtitui ſpeciem. l. Imperium.Cum vulgar.de iuriſdictio. omnium iudic. Enimuerò de his vos cogitabitis.

106 † Traditur & quarta ſpecies poſſeſsionis à Doctoribus, quam appellant ciuiliſſimam, quam Bald. artificialem nominat in rubric.extrà de cauſa poſſeſsio.& proprietat. Eandem Andr.Sicul. fictam vocat in conſil.lxxviij.incipient.Scripſit ſapienter.col.xix.libro ſecundo.Hac verò ratione DD.hanc poſſeſsionis ſpeciem appellarunt ciuiliſsimam,& artificialem, quia duo extrema ſiue qualitates quæ in poſſeſsione ſunt neceſſariæ, vt lex diſponit in dicta l. tertia.in princip.& l.quemadmodum. non interueniunt.Ita volebat Bald.in rubric.de contentio.inter me & domi.in vſib. feudo. & in l.final.C.de ſacroſanctis eccleſijs.Exẽplo tali oſtendebat, quãdo legis diſpoſitio ne vel conſuetudine abſque aliquo actu corporeo diſponebatur poſſeſsionem tranſferri,adducebat text.in capitul. ex parte. de reſcript.Verùm errabat, volebat enim

adducere textum,in c.ex literis.de conſue. vbi conſuetudo loci poteſt fingere poſſeſſionis tranſlationem abſque actu corporeo. Per quem text.etiamnum hodie moris eſt in Italia,vt poſſeſsio alicuius Eccleſiæ acquiratur,accipiendo terræ ceſpitem, vel ſimile aliquod ſignum manibus apprehendendo,vt ſæpenumerò in facto vidi,atque id in mei ipſius perſona ſum expertus, cùm vt principalis, tum vt procurator. Dictum Bald. ſequitur Roma.hîc, & Alexand. pro cuius ſententia potiſsimùm fundamentum facit in l. raptores. in verbo, pleniſſima poſſeſsio. C. de epiſcop. & cleric.& ibi Bart.etiam ſingulariter notat, illum textum, quod ex legis diſpoſitione poſſeſsio abſque actu corporeo tranſferri poſsit.Hoc idem voluit Ang.in d.l.vniuerſas.§.j.& hæc omnium Dᴅ. ſententia,qui propter prędicta ad ius municipale inferebant,diſponens, vt poſſeſsio defuncti continuetur in perſona hęredis, quod tale ſtatutum valeat: Etenim ſi iure communi hoc conceditur, vt poſſeſsionis ſpecies abſque actu corporeo inducatur,eodem modo dicendum eſt iure municipali,cùm ius municipale

cipale

cipale ſit ius ciuile illius ciuitatis.§.ius autem ciuile.Inſti.de iur.natur.gent.& ciui.l. omnes populi.& ibi Dd.de iuſtit.& iur.Solus Areti.hîc recedit à Dd.ſententia, quem rectiſsimè tã ſuper iſta quarta ſpecie,quàm ſuper ſtatuto ſentire arbitror,reliqua quæ
107 Dd.commenti ſunt, mera eſſe ſomnia:† quoniam nec legibus, neq; rationibus hoc cauetur.Atque imprimis ratio manifeſta eſt,quia lex non poteſt diſponere,& fingere circa ea,quæ facti ſunt:at poſſeſsio facti eſt quocũque tempore:meritò ergo lex ſuper hoc nihil debet inducere.Facit vulgata regula in l.ĩ bello.§.factæ.j.de cap.& poſtl. facit etiã in ſpecie tex.noſter.§.ſi vir vxori. Sed hæc ſententia infirmatur per text.in l. denique.ex quib.cau.maio. vbi lex non fingit omnia ea quæ ſunt fácti. Ac propterea ibi, text.dicit iure poſtliminij non cenſeri tranſlationem poſſeſsionis,& continuationem fieri:quoniam poſſeſsio plurimũ facti habet,& tamen lex ibi fingebat,omnia iura tranſlata eſſe in reuerſum ab hoſtibus:poſſeſsionem verò lex negat. Atque hæc eſt ſententia Barto.& omnium Dd.& in l.ſi is qui pro emptore.de vſucapio.Et nos aliàs

diximus in l.ſciendum.de verborum obligationib. Deinde etiam optimus eſt textus in l.cùm hæredes.infrà eodem. vbi in terminis iſtius ſtatuti,lex adita hæreditate transfert omnia iura hæreditatis in hæredem,non tamen traſlationem poſſeſsionis fingit: vt textus ibi dicit.Ratio eſt, quam Iuriſconſultus omiſit ,quia poſſeſsio eſt facti .Quam rationem idem Iuriſconſultus reddit in dicta l.denique. & in l.prima.§. Scæuola.ſi quis teſtamen.libe.eſſe iuſſu.fuerit. Atque ita tenendo non obſtant ſuprà adducta per Doctores . Et primò textus in l.finali.C.de ſacroſanctis eccleſijs.Nam inibi textus loquitur ſolummodo de dominio,vt hoc abſque vlla traditione transferatur:id quod in pluribus caſibus contingit.Huiuſque rei ratio eſt,quia dominium eſt iuris,ideò lex faciliùs diſponit, non ita verò in poſſeſsione,ſi in ea enim nullo modo fingit,quin illæ duæ qualitates,aut ſaltem vna illarum interueniat.Nam l.neſtra §.ſi iuſſerim. & in l.quod meo.§.ſi vendito rem.Ideò lex fingit circa poſſeſsionē, quoniam mihi tradentis animus interuenit,& accipiētis rei aſpectus.In caſu verò noſtro

neque

neque corpus, neque animus vtriuſque, interueniat. Neque obſtat text. in dicto capitulo ex literis. Contrarium enim potiùs probat, quemadmodum Alexander quoque hîc animauertit: cùm textus ibi dicat de medio terræ. Ergo aliquis actus corporeus interueniebat. Et illa conſuetudo, de qua ibi pontifex, fundamentum habet à iure noſtro communi in dicta. l. tertia in principio. infrà eodem. Vbi etiam Iuriſconſultus dicit, quòd ſi quis fundum ingrediatur, non eſt neceſſe omnes tangere glebas, ſufficit ſi partem terræ tetigerit, atque perinde eſt, ac ſi integrum fundum circumambulaſſet.

108 †Non obſtat etiam textus, in l. raptores. in quo Alexander & alij potiſsimum collocant fũdamentum ac præſertim Alexand. hîc dicit ad illum tex. reſponderi non poſſe, cùm tamen haud magno labore euerti poſsit. Hallucinantur enim ibi Doctores, dum textus dicit, *Plena poſseſsio*, non enim illius ſenſus eſt, quod poſſeſsio ex diſpoſitione legis abſque corpore, & animo tranſferatur, cùm nullum de hac re verbum fecerit, ſed voluit Imp. ibi innuere, quòd

ſi quis rapuerit Veſtalē virginem Deo dicatam, omnia illius bona confiſcantur, applicanturque loco illi, in quo Veſtalis commorabatur, & ipſa interim debet habere vſumfructum bonorum ipſam rapientis, quod illi ſolatium præbet lex: poſtquā verò hac luce functa eſt, plena poſſeſsio in monaſterium tranſfertur. Ergo illud verbum, *Plena*, ponitur, quia abſque qualitatibus tranſfertur poſſeſsio legis diſpoſitione: ſed dicitur plena propter conſecutionem fructuum, & vſuſfructus. Ideò quoque dicitur plena proprietas, ſeu plena poſſeſsio quando fructus interueniunt, vt dicebat Bald. in l. ſi plures. col. iij. C. de condit. inſert. per tex. in. l. ſi ſtipulatus ſis. de vſur. ſecus verò ſi ſimpliciter, & vt per eum. Iſtud dictum ſequitur Felin. in. c. cùm Ioannes.
109 de fide inſtru. col. 10. in princ. †Non obſtat tex. in. c. contingit. cui Peruſini recentiores non reſponſum eſſe dicunt per Aretinum. ad illum ſic reſpondetur, quod cùm tex. ibi dicat, *verus poſſeſſor*, velit ſignificare poſſeſſionis trāſlationem abſque actu corporeo induci: id verò quod conſequitur, & naturalem, & ciuilem poſſeſsionem præſupponit

text.

text.ibi terminus habiles ad tranſlationem
110 poſſeſsionis.† Definitio ciuilis poſſeſsionis, quam tradit Bart.hîc, non videtur admodum tuta.Primò enim dicebat Iaſon,non idcirco dominus feudi , qui ciuilem habet poſſeſsionem,ex qua directum retinet dominium.l.i.§.qui in perpetuum. iuncta gl. ſ.ſi ager vecti.vel emph.petat. habebit ius inſiſtendi,quia nõ poſſet perturbare feudatarium in ſua naturali poſſeſsione. Alterũ vitium eſt, quia iſthæc Bartoli definitio,vti deberet,cum ſuo definito non conuertitur. l.j.§.dolum.ſ.de dolo.cũ ſimil.Nam in rebus mobilib. ciuilis poſſeſsio abſque naturali perit.d.§.Nerua filius.Ex quibus falſa Bartoli definitio deprehenditur. Veruntamen tenendo illã, quam Dd.omnes ſequũtur,animaduertendum eſt,in quantũ Bart. voluit ciuilem ſolũmodò parere vſucapionem,quæ quamuis ſit communis ſentẽtia, legibus tamen non probatur adductis per Doctores.Textus namque in l.j.§.per ſeruum qui in fuga.in primis ponit caſum in ſeruo, & ſic loquitur in caſu ſpeciali , vt apparet expreſsè in d.§.Nerua filius.Item I. c.in dicto.§.per ſeruum qui in fuga.con-

ſiderat quandam ſpecialitatem, dum dicit
111 id vtilitatis cauſa eſſe receptum.† Debetis tamen dicere, communem ſententiam ita procedere, vt ſola ciuilis pariat effectũ vſucapionis, ſeu præſcriptionis, niſi aduerſaretur naturalis poſſeſsio: quod ſi ſic eſſet, dubitarem de communi ſententia, quia naturalis poſſeſsio attrahit ad ſe etiam ciuilem: vt patet in d. §. qui ad nundinas. cum l. ſeq. & in l. ſi id quod. §. fi. j. eodem. titul. noſtro.
102 † Præterea hanc ſententiam retinendo, quę eſt communis, poteſtis eam extendere, vt non ſolùm habeat locum in ſola ciuili poſſeſsione, verùm etiã in ficta ciuili poſſeſsione, per text. in l. noſtra. §. per ſeruũ qui corporaliter. Vbi creditor per ſeruũ corporaliter habet ciuilẽ fictã, vt ibi apparet in verbo, *videri*, quod ſui natura fictionem denotare ſolet. l. j. §. deieciſſe. j. de vi & vi ar. Facit etiam tex. in l. cœptam. j. tit. proxi. Ita dicit Aretin in d. §. ex contrario. Cuius dictum ſibi aſcribit Iaſon prætermiſſo vero authore in ſuprà citato §. ex contrario.

Ex dictis Bartoli hic Do. pręſertim Iaſon,
103 colligunt, † Ex præſcriptione quæri vtile dominium, & illud ius acquiſitum aduerſa

tur

tur directo dominio, vt præſcribẽs rerũ do
miniũ habere dicatur, quod magnopere ex
tollit Iaſon hîc ad ea, que tradũtur per Dd.
in Authẽti. Niſi tricẽnale. C. de bon. mater.
Quo in loco Dd. dicunt, in bonis mobilib'
per vſucapionem acquiri directum domi-
114 nium, † per præſcriptionem vero in bonis
immobilibus acquiri dominium vtile. Nã
iſtud vtile dominium differt ab altero do-
minio vtili ſubalterno. Emphiteuta enim
ac feudatarius, qui habent vtile dominium.
d.l. j. §. qui in perpetuum. Iſti recognoſcunt
dominium, præſcribens verò dominium ne
gat, & ſic verus dominus efficitur. Huc per
tinent ea, quę Bart. voluit. in l. minor. §. fin.
de euic. & Bald. in c. fraternitatis. col. 4. de
115 teſtib. Vbi dicunt, † quòd ſi quis in libello
diceret ſe eſſe dominũ, deinde probaret præ
ſcriptionem, debet obtinere, & ſuſtinetur li
bellus. Hoc extenditur etiamſi in libello di
ctum fuiſſet ſe eſſe verum dominum, ac po
ſteà probaret præſcriptionem: per dictum,
Barto. hîc. Quod non procederet ſi proba-
ret ſe eſſe emphyteutam, vel feudatarium,
quia tunc non ſuſtineretur libellus. Et ſic
verum dominium quis conſequitur ex præ

ſcriptione,adeò vt ſi quis etiam in libello di xiſſet,& ſe verum dominium, ac proprieta rium aſſeruiſſet, nihilominus libellus ſuſtineretur. Hoc fuit ſingulare dictum Baldi in l.ij.C.de condi.inſtit.col.ij.quod communi bus ſuffragijs eſt receptum.Ergo verò de illo nonnihil dubito, vt etiam Iaſon hîc facit:quia proprietas non reperitur niſi directa.l ſi tibi proprietas.de vſufru. accreſcen.

116 Vltimò ex dictis Bar.† in vltima oppoſitio ne colligitur differentiam eſſe inter vſucapionem bonorum mobiliū,& præſcriptionem immobilium,vt ſcilicèt per vſucapionem acquiratur directum dominium,per præſcriptionē verò vtile. Ita voluit Accur. reiecta ſententia Martini, cui omnes Dd. adſtipulantur in d.Authent.niſi tricennale & aliàs C.de bonis matern.Canoniſtæ tradunt in Rub.extrà de præſcriptionib⁹.Sed antequàm ad hanc diſputationem deſcendam, animaduertendum eſt id quod non-

117 nulli,†inter quos eſt Alciat.Olden.& quidam Galli animaduerterunt,& ante illos ali qui antiqui dixerunt,eſſe erroris vicium facere hanc differētiam in vocabuli proprietate,vt alia ſit vſucapio, alia præſcriptio.

Imò

Imò vſucapio conſideratur ſicut in mobilibus, ita & immobilibus. Et hoc pluribus confirmari poſſet. Iuriſconſulti nunquàm hanc differentiam conſtituerunt, ſolùm de vſucapionibus dixere, nihil diſtinguentes inter mobilia, & immobilia. Et pro hac ſententia facit inprimis rubrum de vſucapionibus, & præſcriptionibus: facit optimus titu. Inſtit. de vſucapio. Vbi Iuſtinianus eodē modo dicit bona mobilia, & immobilia vſucapi. Vbi conſtituit differentiam inter bona immobilia, & mobilia, qua in re vno
118 & eodem verbo eſt vſus. † Quantum verò ad principalem quæſtionem attinet, omnino verior videtur ſententia Martini, quæ tametſi à paucis Doctoribus approbetur, eam præceptori meo Decio placere inueni, qui pro defenſione illius vnà cum alijs ponderabat primò iura indiſtinctè loquentia, & ſimpliciter, dominium acquiri in bonis mobilibus per diuturnam poſſeſsionem. Itaque differentiam faciunt, ideò videtur abſurdum iura ſimpliciter loquentia diſtinguere, vt vult communis ſententia, quòd in bonis mobilibus acquiratur directum in immobilibus vtile, quę ſubauditio, vt ita di-

modi ratio magis procedere videtur in diu turna poſſeſsione, & vſucapione, quàm in triennali. Ergo à maioritate rationis dicendum videtur, potiùs directum dominium acquiri debere in præſcriptione, quàm in vſucapione. Quintò facit definitio I.C. in l. iij. eod. tit. de vſucapio. quæ ſic ſe habet, vſucapionem eſſe quãdam adiectionem, & acquiſitionem Dominij. Certum autem eſt, quòd definitio debet eſſe propria, ſed hoc nõ eſſet, ſi partim pro vtili dominio, & partim rurſus ꝓ directo acciperetur. Quò igitur ſit bona definitio, dicendum eſt vtroque caſu acquiri dominium directũ, Sextò pro hac parte facit etiam tex. quam Decius expendit in Inſtitutionibus, de vſucapionib. quo in loco, vt ſuprà diximus iuris antiqui diſpoſitionem Imperator refert, quod inter bona mobilia, & immobilia diſtinguit, vt illa anno duntaxat, hæc verò biennio vſucaperẽtur, quanquã hoc Iuſtinianus, vt ibi apparet, correxerit. veruntamen ius antiquum nullam conſtituebat in dominij acquiſitione differẽtiam, quoniam breue ſpatium, & modica erat temporis differentia. Itaque ſi ius antiquum in vtroque caſu de

dominio directo intelligebatur,ſimili profe ctò modo etiam correctio per Iuſtinianum facta intelligi debet de directo. Etenim Imperator nihil niſi tēpus immutauit,voluitque,vt ipſemet dicit ,ne domini tam naturè dominio defraudarentur. Sic non immutauit aliquid circa dominij acquiſitionem, In hoc iuris antiqui diſpoſitionē ſeruauit:, quoniam nullam conſtituit differentiam. Et quod nō tollitur,ſtare nō prohibetur.l. p̃cipimus.C.de appel.hæcque Decij eſt inductio,quamuis ille nō tam perſpicuè inducat. Poſtremò huic ſententiæ opitulatur, quòd plures caſus,& effectus conſiderari poſſunt,vt.j.dicemus,in quibus eſt maxima differentia , vtrum acquiratur directum, vel vtile:Ideoque tutior erit hæc ſententia, vt dicamus in vtroque caſu dominium directum acquiri. Cui ſententiæ accedendo,
119 quæ in veritate robuſtior eſt.† Non obſtat tex.in quo Accur.cęteriq́ue Dd.potiſsimū̃ conſtruunt fundamentum, in l.j. in fin.de aqua pluuia.arcen.vbi vtilis actio,ac textus ille loquitur in diuturna poſſeſsione. Huic reſpondebat Oldendorpius in tractat.vſucapionum.quòd tex.iſte nō bene à Dd.adducebatur,

ducebatur, omittebatq; caſum antiquum poſſeſsionis. Itaq; cum I.C. in diuerſis terminis loqueretur, non poteſt colligi ex textu illo ſecundum communem ſententiam, & Dd. totam legem non perſpexiſſe. Huiuſmodi reſponſio mihi non ſatiſfacit, nimirum quæ expreſsim textui repugnat, qui ſemper de tẽporis antiquitate locutus eſt, licèt de ſeruitute agri, & hoc apparet in textu, in fine, ibi, *etiam de ſeruitute*. Cùm dictio illa ſit continuatiua ad præcedentia: ac. I.C. ſemper idẽ thema retineat vſq; ad vltimum, vt ibi videre eſt. Propterea in his rationibus ac reſponſione nulla vis eſt facienda.

120 † Decius verò meliùs meo iudicio reſpondet in d.l. traditionibus. Quòd tex. ille loquatur in ſeruitutib. vt loquitur à principio ad finem vſq;. Quapropter mirum nõ eſt, ſi textus dicit vtilis actio. Nam in rebus incorporalibus propriè non datur dominium, quemadmodum apparet per definitionem Bartoli communiter receptam in Dominio. in l. ſi quis vi. §. differentia. eo. tit. noſtro. Vbi dicit dominium eſſe ius in re corporali. Meritò igitur cùm propriè non ſit dominium in incorporalibus, lex dicit

vtilis actio. Hoc etiam probat tex. in ſimili in d.l.j.§ qui in perpetuum. Si ager vectig. &c. Neq; obſtaret præterea, ſi quis pro cõmuni ſententia adduceret rationem iſtam, ꝙ per præſcriptionem acquiratur directũ dominium, quia directum dominium vti prouenicns à iure gentium, non poteſt tolli per principem abſq; cauſa. l. Item ſi verberatum. de rei vendi. & in l. Lucius. de euict. ſecus verò in dominio ciuili. Ad hoc enim reſponderi poteſt, quod idem in vſucapione dicendum eſſet. Sed replicari poteſt in hoc caſu dominium directum à principe tolli potuiſſe, & à lege poſitiua, propter cauſam naturalem, quæ in dominorum negligentia conſideratur. Nam licèt vſucapio videatur eſſe contra ius naturale, inniteretur tamen rationi naturali propter publicam vtilitatem, ac negligentiam dominorum. *Veruntamen*, defendendo Do. ſententiã, quæ differentiam ſtatuit inter vſucapionem bonorum, & illam, quę eſt immobilium, vt ſuprà dictum eſt, tribus modis à Docto. limitatur,

121 † Primò vt communis ſententia procedat, niſi interueniat tempus, inicij memoria non exiſtat in contrarium. Cum enim lex

iſto

iſto caſu conſtituat titulum,ſequitur,vt dominium directum acquiratur,quēadmodū acquireretur,ſi quis cām haberet à domino, ita eſt tex.hoc modo inductus in l.hoc iure. §.ductus aquæ.de aqua quotidia.& eſtiua. vt text. ille loquatur in ſeruitutibus in quibus titulus acquiratur.Ita dicebat Bald.in d.l. traditionibus.col.ij. verſi. Ego dico.Et Alexan.ibi hoc idem refert,& ſequitur ibidem Decius Socyn.in conſi.127.incip.viſis capitulis.lib.ij.Ac Decius illo in loco plura congerit. Idemque hoc.Bald.in tract.præſcrip.in. ij.quæſtio.princi.dicit. Hanc verò limitationem Lancel.damnabat,qui frater Decij fuit,in d.l.traditionibus.Quamuis il-
122 lius mētionem Decius non faciat.†Sic autem ad text. in d.l.hoc iure.§.ductus aquæ. reſpondebat, loqui illum text.in ſeruitutibus, in quibus titulus non requiratur.l.ſi quis diuturno.ſi ſeruit.vendi.Hanc ego reſponſionem nō approbo,quia per alia iura hoc probatur,vt patet in c.ij.de præſcri.in
123 vj.in fine.†Contra hanc tamen limitationē directam videtur eſſe text.in d.l.j.in fin.de aqua pluuia.arcen.retento communi intellectu ad illum text.qui de tēpore loquitur,

cuius initij memoria non extat: Et tamen textus dicit vtilem competere actionem,& ſic vtile dominium,egoque ita legendo dicebam.Reperio autem quoſdam recentiores Bononienſes in Rubri.de vſucapionib. qui eundem text.adducunt,& cogitandum eſſe arbitrantur.Verùm ſi Lancelloti procederet ſententia,facilis eſſet reſpõſio. Sed melius foret hanc limitationem defendendo dicere,quemadmodum ſupra reſpondebat Decius,quòd ibi ſumus in ſeruitutibus, in quibus dominium propriè cõſiderari nõ poteſt,meritò etiam directum per tempus immemorabile conſtitui nequit.

124 † Secunda limitatio eſt,vt ſententia communis procedat,quando præſcriberetur cõtra dominum habentem vtrumque dominium,directũ atque vtile,ſecus verò ſi tantummodo directum:quia tunc per præſcriptionem acquireretur directum ad hoc vt præſcriptio aliquid operaretur.Ita notabiliter volebat Card.Alex.in.c j.col.ij.de feu do non haben.propr.natu.feu.Vbi adducit Ray.de Forl.ita voluiſſe in d.Authẽ.niſi tricennale.C.de bonis mater. & Nico. Neapoli.in d.c.j.Hanc quoq; ſecundam limitationem

tionem refert,& ſequitur Bald.in prælle-
125 gato loco.† Tertia limitatio eſt,vt commu
nis ſententia locum non habeat, ſi iure
municipali caueretur per præſcriptionem
dominium acquiri: tunc enim,vt ſuprà di-
ctum eſt,eodē modo vt aliquid operaretur
ſtatutum vltra ius commune,acquireretur
directum.Ita volebat Bal.in l.iij.ĵ.tit.prox.
& ſequitur Alexan.cum Iaſone in d.l.tra-
126 ditionib.†Semper enim, vt dictum eſt,ver
ba aliquid operari debent.l.ſi quando.de le
ga.j.&c.ſi Papa.de priuil.in vj.Notat Bald.
in Rubr.de contrah.& commit.ſtipul.quæ
ſtione xj.nullam ſyllabam in aliqua diſpo-
ſitione eſſe ſuperfluàm.Hāc limitationem
ſupradicti reijciunt Bononienſes in præal-
leg.loco.Etenim iura municipalia recipiũt
interpretationem à iure communi.l.ij.C.
de noxalib.c.cùm dilectus.de conſue.Bart.
& Dd.in l.omnes populi.de iuſtit.& iure.
Neque obſtat ſecundum ipſos,inutile fore
ſtatutum, nec illud quid operari.Ex illo-
rum enim ſententia bifariàm reſpondetur.
Ac primò quidem non inutile ſtatutum
eſſe,cùm pariat conditionem ſpecialem ex
illo ſtatuto.Sicque ex eo duplex erit reme-

dium de iure communi,& de iure munici-
pali.vt Bart.& Dd.tradunt in l.j.§.lex Fal
cidia.ad leg.Falcid.Deinde verò quoniã ex
iſto ſtatuto competeret pręſcriptio abſque
titulo,& ſic aliquid operaretur,vt dicebat
Rom.in l.Celſus.& ibi Alex.in Apoſtilis.j.
tit.proxi.Atque ego idem planè ſentio,do-
minium directum nõ acquiri propter iſtud
ſtatutum:cùm difficile ſit dominium dire-
ctum auellere,quemadmodum poſteà dice
mus. Sicq; e ſemper ſtatutum interpretari
debemus,vt quàm minimum ius commu-
127 ne lædatur.† Ac ne quis exiſtimet præce-
dentis articuli diſputationem nullam in ſe
continere vtilitatem.Quod enim à nobis in
vtramque partem eſt diſputatum, vtrum
vtile,an verò directum dominium ex præ-
ſcriptione acquiratur, plures inde poſſunt
128 conſiderari effectus,quorum † primus eſt,
ſi remanſerit directum dominium,vt domi
nus directus poſsit cõtra alium tertium di-
recta actione agere,remque a tertio poſſeſ-
ſore vendicare,non tamen contra præſcri-
bentem.tex.eſt in l.ſi quis emptionis.§.j.C.
de præſcri.trigin.annor. & ita Dynus dice
bat in d.c.ſine poſſeſsione.de regu.iur.in vj

† Alte

129 †Alter effectus conſiderari poſſet, quòd ſi res præſcripta peruenerit ad primum dominum, ille qui præſcribit bona fide ſpacio triginta annorum, cùm tantùm quæſiuerit vtile, non poteſt rem ab eo vēdicare, quamuis habeat contra quemlibet actionem, vt eſt text. in d. l. ſi quis emptionis. §. j. ſecundum intellectū Ioannis gloſſatoris ibi communiter receptum.

130 † Tertius effectus eſt, nam quando acquiritur dominium directum, in huiuſmodi caſibus exceptio præſcriptionis impedit litis ingreſſum, ita Bald. & Salycet. in d. Auth. niſi tricennale. Felin. in Rub. extra, de præſcrip. Atque tres iſtos iam enumeratos effectus refert & ſequitur

131 Bald. in præalleg. loco. † Quibus ego vltra Dd. adhuc duos adiungo, ita vt quartus ſit effectus, ſub quo plures alij conſiderari poſſunt, veluti à conditionis implemento, & ſi de hærede haberetur mentio, conditio verificari deberet in hærede directo, vt patet in l. qui hæredi. & l. Mæuius. cum ſimilibus. de conditio. & demonſtrat. Plurimum autem refert, vtrum quis ſit directus hæres, vel vtilis, hæres ac dominus: Etenim multa in directum hæredem tranſeunt, quæ

non tranſirent in vtilem. Facit tex. in l. quia perinde. cum alijs ad S.C. Trebellia. bonus eſt tex. in l. qui liberis. §. hæc verba. de vulg.
132 & pupilla. † Quintus effectus ſit, quòd directum dominium difficilius poterit auferri quàm vtile, cùm dominium directum ſit iuris gentium. l. ex hoc iure. de iuſti. & iur. vtile verò à iure poſitiuo. l. in rem. de reivendi. Faciliùs igitur princeps auferre poterit dominium vtile, quàm directum. Nam directum à principe ſine cauſa tolli non poteſt. l. item ſi verberatum. §. j. de rei vendica. & l. Lucius. de euictionib. Hinc eſt illud quod Dd. volunt, principé impedire poſſe præſcriptionem, ne tempus interim currat. c. cum nobis. de præſcri. & per Legiſtas in l. omnes populi. de iuſti. & iur. licèt abſolutam præſcriptionem princeps non tam facilè poſsit impedire, quoniam ius quæſitum non præſumitur ita à principe auferri. l. ij. §. ſi quis à principe. & §. meritò. ne quid in publi. loco. Dd. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de
133 liberis & poſtumis. † Quantum ad definitionem naturalis poſſeſsionis ex dictis Bartoli
134 primò colligitur, † eandem eſſe naturalem poſſeſsionem in perſona Emphyteutæ, quæ eſt in

eſt in feudatario,& alijs perſonis.Ac quanquam vna potentior ſit altera,nihil tamen in ſubſtantia,ſed numero tantùm differunt. Ideò non cõſtituitur diuerſa ſpecies.d.l.fina.de fundo inſtru.Idemq́ue voluit Bart.in d.§.ex contrario.Idem verò Bart.refragatur huic ſententiæ,in l.j.& fi.j.vti poſsidet. vbi directè contrariam tenuit,ſcilicèt poſſeſſiones inter prænominatas perſonas inter ſe ſubſtantia differre. Mirum autẽ eſt Bartolum tanti momenti virum in re tam exigua ſibi contrarium fuiſſe. Veruntamen ſi quis illum ab aduerſariorum impugnationibus defendere cupiat,dicat Bartolum diuerſimodè ſpeciem conſideraſſe,is enim hoc in loco & in d.§.ex contrario.magis phyloſophicè,proprieq; locutus eſt,quã Iurecõſultorũ more.In alijs verò locis latiùs ſumpſit ſpeciem,ita vt plerunque apud I.C.fieri ſolet.Et ſuprà monuimus ex modica, & leui admodum differentia leges diuerſam conſtituere ſpeciem.per l.j.de præto.ſtipul.& l.ij.§.deinde ex his.verſic.deinde cùm eſſet.

135 de orig.iur.†Deinde etiam ex dictis Bartoli colligitur,iſtud generale præceptũ,quòd ea quæ differunt per plus,& minus,non cõ-

ſtituunt differétiam.Cui Iaſon hic occurrit ad hunc modum, ſeruitutes viæ,itineris, actus differunt per plus & minùs.l.j.de ſeruitut.b.ſed nihilominùs ſecundum Bar.in l.qui vſumfructum.in fine.ĵ.de verbo.obliga.ſpecie differunt. Ad hoc reſpondet Iaſon declarando illam regulam d.l.fina.de fundo inſtr.hoc modo.Quòd aut res differunt per plus & minus facto hominis,vt in d.l.fin.veluti Nauis ac Scapha,& tunc non conſtituunt diuerſam ſpeciem:aut verò differunt in iure,& tunc cõſtituunt.Ratio rationis huius declarationis eſt,quia,vt ſuperiùs diximus,lex facilè ſpeciem ex minima
136 differentia inducit.†Præthereà quoque animaduertendum eſt ad dicta Bart.quantum voluit vſufructuarium,ac feudatarium ius vſufructus, & feudi præſcribere poſſe: de vſufructuario adducit text.in l.fin.in fin. C.de pręſcr.long.tempo.de feudatario adducit tex.cum ibi notatis in l.competit.C. de præſcript.trigint.annor.verùm gloſ.ibi non loquitur in feudatario,ſed in emphyteuta Si tamen a ſimili Bartolus voluiſſet extendere, potuiſſet adducere text.in c.j.§. ſi quis per triginta annos.ſi de feudo.fuer.
contro.

contro. Quo in loco pro illius ſententia opti
137 mus eſt caſus. † Dictum Bartoli hîc declara
re debetis, vt vſufructuarius & feudatarius
præſcribere poſsint ius feudi, & ius vſuſfru
ctus, non abſolutè, ne dominum recognoſ-
cant, imò illum recognoſcere debent. Sed
bene dominus feudi poſt ſpatium triginta
annorum nō poteſt expellere vaſallum, de
negando non iuſtam fuiſſe inueſtituram. Si
verò per ſpatium triginta annorum domi-
num non recognouiſſet, præſcriptio iuris
feudi nō curreret, ita voluit notabiliter Bal.
in.c.j.§.porrò.in Titul.qui olim feud.alien.
poterat. Et ita conſuluit Alex.in conſi.169.
incip.viſo themate.lib.ij. Et ita videtur tex.
eſſe in.d.c.j.§.ſi quis per triginta annos.vbi
textus duo requirere videtur: cùm vt per
annos triginta poſſederit, tum, quòd domi-
nū recognouerit. Ita dicit ſingulariter Bru-
nus poſt alios in conſi.48.col.ij.quo in loco
138 copioſe de hac re. † Poſtremò etiam ani-
maduertendum eſt, quòd Barto.hîc circa
poſſeſsionem corporalem dicebat poſuiſſe
hanc differentiam loco commodioris do-
ctrinæ, quod alienum ab illius ſententia vi
detur, qua triplicem poſſeſsionis ſpeciem

conſtituit diuerſam in ſubſtantia,quæ vt ſuperiùs diximus,ab omnib⁹ dãnabatur.Textus enim videtur eſſe,vt ibi notat Bal.in d. l.nemo ambigit .C.eod. ibi, *duplicem eſſe*
139 *rationem poſſeſſionis*.†Item etiam eſt aduertendum,quòd Bar.vltimo loco dicebat, hanc corporalem poſſeſsionem duos parere effectus,vt ingreſſo corporaliter competeret interdictum,vti poſsidetis,& interdictũ vnde vi,ſi expulſus fuiſſet.Hoc videtur eſſe cõtra ſententiã omniũ Dd.de qua Dd. in d.l.naturaliter.§.nihil commune.ĵ.eod. per tex.optimum, in c.ad decimas.de reſt. ſpolia.in.6.vbi ſi notoriè conſtat de non iure alterius,ſpoliatus non eſt reſtituendus. Et ſic limitatur illa regula,ſpoliatos imprimis eſſe reſtituendos:quoniam reſpondetur ex dictis Bartoli,quòd illud procederet,quando ageret cõtra tertium,ſecus verò ſi contra dominum Etenim ſi de dominio conſtaret notoriè,tunc non eſſet reſti-
140 tuendus.†Circa queſtionem à Bartol.propoſitam;an in quaſi poſſeſsione iurium incorporalium non perſonalium, prout eſt vſus,& vſuſfructus,ſed in quaſi poſſeſsione iurium realium conſiderari poſſit duplex

poſſeſsio

poſſeſsio,naturalis ſcilicet,& ciuilis,quæ cō ſideratur in rebus corporalibus: Bartolus hic ſubtiliter,& obſcurè loquitur. Super cu
141 ius dictis Iaſon,latè hic inſiſtit. Ego ex dictis Bartoli,nonnullas concluſiones colligo, quarum prima eſt,vt naturalis poſſeſſio conſiderari poſsit,quoad effectum retentionis,vt ſicuti in perſonalibus iuribus naturalis poſſeſsio parit effectum retentionis inter alios,ità & hic fundus ipſemet retinet hanc eandem poſſeſsionem. Exempli gratia(dicit Bart.)aqua ſemper defluens, adducendo tex.in l.qui fundum.in ij.reſpō ſo,quemadmodum ſerui. amittātur. Naturalis enim ille curſus aquæ ius retentionis operatur abſque ſcientia domini, quia natura operatur ibi illum effectū,& lex ſemper conſiderat naturalem cauſam in ſerui tutibus, vt eſt optimus text.in l.foramen. de ſeruit.vrbano.prędio. Atque in tali poſſeſsione,vt hic per Bartolum, nulla ſcientia domini requiritur,natura,vt dixi,retinet fluxum aquarum,& ſimilia. In poſſeſsione verò ciuili contrarium accidit,neceſſe eſt enim,vt interueniat ſcientia domini fundi dominantis,qui ſciat ſe illo iure vti,aliàs

præſcriptio locum non haberet.l.prima. §. Ariſtoteles de aqua quotidiana & æſtiua.
142 † Ratio differentiæ eſt, nam fundus præſcribit.l. qui in aliena. §. finali de negotijs geſtis. Cùm ergo res ſit inaminata, poteſt talis res aliquid nobis quærere. gloſſa eſt ſingularis in.§. penultimo. Inſtitut. per quas perſonas nobis acquirit. meritò lex voluit ſciétiam domini neceſſariò interuenire debere. dicto §. Ariſtotel. Sicque in caſu iſto interuenit factum, & animus hominis, quemadmodum dicebat Panormita.in capitul.de quarta.col.quarta de præſcriptio. Propter rationem ſupradictam abſurdum eſſet, per fundum, & ſic rem inanimatam nobis aquiri poſſe. Secunda concluſio eſt, fundum præſcribere, non dominum fundi dicta.l.qui aliena.§.finali de negotijs geſtis. Ad idem eſt bonus textus in l.prima. & ibi Bartol.ſi ſeruitus vendicetur.
143 † *Infertur ex* hoc ad practicam libellum poſſe concipi in actione confeſſoria & negatoria nomine prædij, cùm ſeruitus acquiratur fundo, & non domino. Poteſt etiam libellus concipi in perſonam domini, quemodmodum Bart.dicit in dicta l.prima ſi ſer-

ſi ſerui.vendi.hoc idem dicit Bartol.in l.ſi prius.in.6.oppoſit.ſecundæ partis.de ope. noui nunciatione.Hoc idem dicunt Dd.in §. æquè. Inſtitut. de actionibus. Et ita eſt communis ſtylus.

Tertia concluſio, quæ ex dictis Bartoli
144 colligitur,eſt huiuſmodi.† Seruitutes habentes cauſam diſcõtinuam,tempore præſcribi non poſſe.l.ſeruitutes.de ſeruitut.titul. generali. ſecus verò ſi habeant cauſam
145 continuam.†Quando autem ſeruitutes dicantur habere cauſam continuam,vel diſcontinuam, gloſ. & Doctores tradunt in dicta l.ſeruitutes.Dabant exemplum,in aquæ ductu,qui poteſt præſcribi.l.ij.C.de ſeruitutib.& aqua.quem textum Barto.hic adducebat ad probandam ciuilem poſſeſſionem.Ponunt etiam exemplum in ſtillicidio,licet exempla hæc vera ſint,non tamen rationem ſubiungunt, quamobrem in talibus exemplis ſeruitutes habeant cauſam continuam, propterea tu ſic dicere potes, dando regulam generalem. Seruitutes ita demum dici cauſam habere continuam,quando habent cauſam naturalem, quia cauſa naturalis facit cauſam perpetuã

Atque hoc modo lex accepit perpetuam cauſam, licèt id non aſsiduè fiat, ita expreſ-
146 ſe hoc dicit I.C. † Ex cuius dicto hæc regula colligitur, in l. foramen. de ſer. vrba. prædio. vbi clarè textus dicit, cauſam naturalem eſſe perpetuam, quod verò facto hominis contingit, cauſam perpetuam non continere: quoniam cauſam naturalem non habet. Et ad intellectum illius textus in principio debetis addere ibi, *Foramen in imo pariete*, quę verba deſunt in noſtris Codicibus. Et hoc modo planè procedit text. Idem videtur etiam ſentire I.C. in d. l. ſerui tutes. Quanquàm vero ſeruitutes cauſam diſcontinuam habentes non præſcribantur, ſi tamen interueniret ſpacium temporis, cuius initij memoria non exiſteret, induceretur præſcriptio. Sic Bart. hîc voluit limitãdo ſupradictam regulam, qui quamuis nihil adducat, eſt tamen Gloſ. in terminis recepta communiter in d. l. ſeruitutes. quæ adducit textum in l. de aqua plu. arcend. Ad idem tex. eſt in l. ij. §. ductus aquæ, de aqua quotid. & æſtiua.

147 † Item animaduertendũ eſt ad dicta Bartoli, qui ſibi videtur aduerſari, vult enim

hîc in

hîc in quaſi poſſeſsione ciuili requiri animum,ac ſcientiam domini,ſed in l. hæc autem.in princ.circa fina.contrarium voluit. de ſeruitu.vrba.prædio. Vbi dicit, nullam quaſi poſſeſsionem in iuribus incorporalibus animo retineri,eandemq́; reddit rationem, quam Bartol.hîc,in princi.oppoſitio. Quod ſi verum eſſet,ſequeretur ſeruitutes ſemper habere cauſam continuam, quod expreſsè contra leges foret illas,quæ differentiam inter cauſam continuam,& diſcótinuam cóſtituunt.d.l. ſeruitutes.& d.l.foramen.Bartolus in hac cótrarietate nullo
148 modo defendi poteſt.† Veruntamen tenenda eſt eius ſententia hîc, vt ciuilis poſſeſsio in quaſi poſſeſsione iſtorum iurium incorporalium non poſsit abſque animo conſiderari.Et quod animo retineatur,vt eſt natura ciuilis poſſeſsionis, text. habetur in dicta.l.licet.C.eodem.& dicta.l.ſi id quod. §.finali. Nam animus ſolus non tolleret differentiam, neque induceret cauſam continuam,vel diſcontinuam,ſed ſola naturalis ratio,quemadmodum anteà diximus, per d.l.foramen.inducit cauſam perpetuã, vel non perpetuam.Nam lex perpetuam

cauſam conſiderauit, quando naturalis ratio militaret, hoc eſt potentia naturalis rationis, quamuis actus non eſſet aſsiduus dummodo natura conſiderari poſsit. Et ita expreſſè dicit text. in d. l. foramen. Quòd ſi ex aqua ex cœlo deſcendat, dicitur continere cauſſam naturalem & perpetuam, licèt
149 non aſsiduè pluat. † Vltimo loco ex dictis Bartoli generalis cõcluſio colligitur, quòd in iuribus realibus incorporalibus poſſeſsio conſideratur naturalis, quoad effectum retentionis. Item naſcitur ciuilis ex quo in hac quaſi poſſeſsione reſultat effectus vſucapionis, quæ abſq; ciuili poſſeſsio-
150 ne naſci non poſſet. † Pro ſententia illius optimus videtur eſſe text. in dicta l. nemo ambigit. C. eod. dum dicit inibi, duplicem eſſe poſſeſsionis rationem, vnam quæ in iure, alteram quæ in corpore cõſiſtat. Sequitur poſteà in tex. vtrãque eſſe legitimam, itaque neceſſe eſt, vt textus ille de vtraque poſſeſsione, ciuili, ſcilicèt de ciuili poſſeſsione in iurib. incorporalibus, deinde altera de corporalibus, quia textus ille non intelligitur de naturali & ciuili poſſeſsione, quandoquidem vtramque eſſe legitimam dicit,

dicit id quod in naturali poſſeſsione,quæ à lege poſitiua nō eſt introducta,verificari nō poteſt.Ergo de ſupradictis ciuilibus poſſeſſionibus ille tex.intelligendus eſt.Hac occaſione ad iſtud propoſitum,& Ruyn.notat hūc tex.hîc,non tamen in hac quæſtione, & ad hoc propoſitum,ſed in illo præcedenti articulo,dum diſputabatur,vtrum vnica vel duplex eſſet poſſeſsio,atque hæc inductio confirmari poſſet,ſi quis attentiùs legem illam,vſque ad finem introſpiciat:dū loquitur ibi de præſcriptione,quòd in natu-
151 rali locum habere nequit.†Cum naturalis ſola non pariat effectum vſucapionis,vt ſuperiùs per Bartolum , & Dd. concluſum eſt.Bene verum eſt ad inductionem iſtam reſponderi hoc modo poſſe,quo præceptor meus Decius hîc reſpōdet,dum dicit poſſeſſionem naturalem poſſe dici legitimā propter legis adprobationem argumento l.lege obuenire.de verb.ſigni.Item reſponderi poſſet ad illū tex.aliū eſſe ſenſum,cum dicit duplicē eſſe poſſeſsiōis rationē hoc eſt,duas ineſſe qualitates in poſſeſsiōe,videlicèt cor-
152 pus,& animū,acipiēdo animū ꝑ iure.†Prætereà etiā animaduertendū eſt, quātū Bart.

exiſtimat

exiſtimat non requiri animum alicuius in quaſi naturali poſſeſsione: imò ipſa naturalis poſſeſsio de ſe operatur effectum retentionis, per d.l.qui fundum. Iſtud Bartoli dictum nequaquã procedere videtur. Enimuero in animi poſſeſsione ſiue naturali, ſiue ciuili animus prædominatur, & abſque animo neque naturalis, neque ciuilis poſſeſsio conſiderari poteſt. Etenim ſi quis animum non habet tenendi, vel acquirendi non inducitur naturalis poſſeſsio, multoque minùs ciuilis, vt patet in lege noſtra. §.j. ibi, *Quia affectionem tenendi non habet.* & in plurib. alijs iuribus, & legibus. Facit etiam textus in l.quemadmodum. ʝ. eod. ibi, nulla poſſeſsio &c. Ergo ſiue ſit naturalis ſiue ci-
153 uilis pendet ab animo. † Sed vt Bartolũ defendamus, mentem illius huiuſmodi fuiſſe arbitror, vt animum in hac naturalis poſſeſsionis retentione excludere vellet, Et quod à principio animus interuenire non debeat, hoc enim eſt planè impoſſibile. Eſſet enim detentatio aſinina. Ideoque Bart. ab initio animum interuenire debere exiſtimauit. Verùm ſi animus ceſſaret, vel per mortem naturalẽ vtentis, vel alio quocunque

que modo, naturalis curſus aquarum indu ceret effectum retentionis ſeruitutis, vt in exemplo appoſito hîc per Bart. per d.l. qui fundum. Et videtur eſſe veriſimilis mens Bart. licét obſcurè dicat, idque comprobatur. Nam iura per Bart. adducta neceſſariò non probant, imò potiùs contrarium probare videntur. Textus enim in d.l. qui fundum. iuncta l.j. §. animũ requirere videtur. Clarius idem innuit textus in l.j. §. quæſitũ. quem etiam Bartol. hîc adducit. dum text. dicit, duxiſſe videtur: Sicque animũ ineſſe I.C. fingit. ita quoque Iaſon in hoc loco, nec non Ticinenſes ſentiunt.

154 † In gloſſa in verbo, *Trimi* dum quærit, quomodo quæratur poſſeſsio in rebus, de quibus in textu, vtrum ſolo aſpectu, an verò etiam apprehẽſione. Glos. tres refert ſententias: quarum prima eſt, vt diſtinctio fiat inter res animatas, & inanimatas, id eſt, inter animalia, & corpora: vt eſt fundus, & ſimilia. In ſecũdo caſu dicebant quidam diſtinguendum eſſe, an res eſſent poſſeſſæ ab alio, aut verò vacarent, & ſic in nullius bonis. Hęc ſententia à Bartolo, Alexandro, cæteriſque Doctor. improbatur, nullamque differentiam inter

res

Alij aliam reſponſionem dabant, quod in l. clauibus. tractabatur de poſſeſsione, hîc verò de dominio. Hanc ſententiam reijcit Bartolus: quia idem eſt, nam ex poſſeſsione ſequitur dominium. Defendi poſſet iſtorum ſententia contra Bartolum textus enim noſter hîc non vult ex poſſeſſione dominium acquiri, ſed bene dominium habuiſſe originem à poſſeſsione. Iſta ſecunda ſententia communiter ab omnibus damnatur, vt hîc per Alexandrum poſt Bartolum & alios.

155 † Tertia fuit diſtinctio inter res quæ per inuentionem acquiruntur, & inter alias res, vt primo caſu non ſit neceſſaria apprehenſio, atque exemplum ponunt in theſauro. in l. nunquam. § theſaurus. ſuprà titulo proximo. Verum hæc tertia ſententia communi conſenſu reprobatur, quoniam cõtra tex. eſt in d. § theſaur⁹. qui licèt dicat inuentoris fit, intelligitur tamen apprehenſione. vt eſt caſus legis in dicto. §. Neratius vbi I.C. vult expreſſe, naturalem apprehenſionem eſſe neceſſariá in acquiſitione theſauri. Dicebat prætereà hoc in loco Barto. id eſſe contra verbi proprietatem inuenire,

quod

quod ſui natura deſignat inuentionem cũ apprehenſione. per l.ſi Barſatoram.C.de fideiuſſo.Item hæc ſententia repugnat tex. noſtro,hîc in fine.vbi de gemmis loquitur, & lapillis &c.qui expreſſè requirit apprehenſionem,per quem tex.vt ſuprà in notabilibus videre eſt,reprehendebamus Porcũ in §.item lapilli. Inſtitu.de rerum diuiſio. Ex dictis Bartoli poſt glo.concluſiones nõ-
156 nullæ colliguntur.†Et prima eſt,vt modus quærẽdi per inuentionem intelligatur per occupationem.d.§.Neratius.& d.l.ſi Barſatoram.& per textum noſtrum.per quæ iura Alexander hîc dicit gloſſam in §.item lapilli,& in d.§.theſaurus.qui volebat ex ſola inuentione poſſeſsionem acquiri, perperã dixiſſe.Et quanquàm Gui.à Cuneo dictam glo.propugnare voluerit,vt intelligatur ſic quo ille qui primus theſaurum inſpexerit, præferatur ſecundo.Hoc enim dicit Alexã. & benè,& eſt cõtra text. in d.§. theſaurus. iuncto §.Neratius.& textus eſt,in l.noſtra in fine.quæ omnino voluit ius acquiri ex apprehenſione,non ex aſpectu,vel alio modo.
157 † Secunda concluſio quæ. ex Barto.colligitur talis eſt,quòd verbum inuenire,debeat

intelligi cum effectu,hoc eſt,cum apprehen ſione.per l.ſi Barſatoram. C.de fideiuſſori. Et ex iſto dicto Bartoli hîc inferunt ad iura
158 municipalia,† quæ in hiſce terminis ſic diſponerent,exempli gratia,ſi ius municipale diſponeret,inuentus nocturno tẽpore cum armis,& gladio, tali pœna plectatur, tunc iſtud ſtatutum intelligi debet ſi inuentus fuerit,& apprehenſus,ſi verò non fuerit ap prehẽſus,etiam ſi de delicto conſtaret perpetrato cõtra prohibitionem ſtatuentium, vt pax & tranquilitas in ciuitate conſeruetur:quoniam multa aliquando mala exoriũtur:is qui arma geſtaſſet,pœnam ſtatuti euaderet.Hoc idem ante Bartolum voluit Cinus in dicta l.licèt.C.eodem. Idem quoque voluit Alberic.in d.l.licèt. inferens ad aliud ſimile ſtatutum,quòd ſi iure municipali caueretur,ſi quis inuenerit bannitum, is conſequatur centum florenos non ſufficit inueniſſe, niſi etiam apprehenderit, ad hoc vt præmium propoſitum conſequatur atque ex eadem ratione voluit Baldus in fortioribus terminis,in l.item lapilli.de rer.
159 diuiſione.† Quòd ſi ſtatutum prohiberet mulieres portare gemmas, ac margaritas.

niſi eſſet nobilis,vel illuſtris mariti vxor,vti communiter huiuſmodi iura municipalia & apud nos,& apud vos reperiũtur,& quędam gemmas ac Margaritas geſtare viſæ fuerint,ſi tamen non apprehendantur,non erunt puniendæ.Et Alberic.etiam poſt Iacobum ab Areti.in l.quod ait lex. infrà de adulter. per illum textum ac idem rurſus
160 †Alb.in.ij.parte ſtatutorũ,quęſt.118.incip. ſtatutum.voluit in prædictis locis ꝙ ſi iure municipali cautum eſſet,vt inuẽtus in ludo teſſerarũ,hac vel illa pœna puniatur,ſi non ſit apprehenſus, quantũuis teſtibus conuictus fuerit nulla pœna coërceri debeat. Propter eandem rationẽ Bart.Veronem in conſi.23.incip.ſpectabiles domini prætores. colum.prima.defendit quendam,qui lanæ artem adulterat contra ſtatuti prohibitionem,quamuis enim inuentus ſit artificia lanæ adulterans,quandoquidem tamen ap prehenſus non fuit, puniendus non erat. Idem planè voluit conſulendo Alexand.in conſi.24.incipien. Animaduerſis. colum.9. lib.ij.Quòd ſi ſtatutum puniret aliquem ſi noctu in alterius ædibus reperiretur quam uis viſus,ſi tamen apprehenſus non fuerit
pœna

pœna non erit mulctandus. Plura ſimilia ad iſtud ſtatutum adducere poſſem, ac plures Doctorum adiungere deciſiones, verũ his impræſentiarum contentus ad fundamenta iſtius ſententiæ deſcẽdo, quæ omnium ferè ſuffragio recipitur & comprobatur.
161 tur.† Hanc ſententiam Bartol. & aliorum tenuit inprimis hîc Ange. & in l. qui ſeruũ j. de verb. obligatio. in l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugit. Imola. Caſtren. Alexan. Aretin. & Iaſon hîc, & in d. l. qui ſeruum. & Alexand. etiam in d. §. Neratius. hanc ſentẽtiam ſequuntur: Dicitque Iaſon hoc in loco iſtam communem eſſe ſententiam, à qua & conſulendo, & iudicando recedendum non ſit, pluresque talis pœnas ſtatuti euaſiſſe, & ſimilium ſcribit propter Bartol. aliorumque ſententiam hîc. Hancque ſentẽtiam plerique recentiorum ſequũtur, vt hîc per Ticinenſes, & Peruſinos. Iſtius autem communis ſententiæ potiſsimum fundamentum eſt, quoniam proprietas verbi inuenire, hoc denotat, vt neceſſaria ſit apprehenſio. d. l. ſi Barſatoram. vbi caſus pro hac ſententia. Secundò videtur eſſe textus in d. §. Neratius, iuncta d. l. nunquam. §. theſaurus. vbi

inuenire dicitur cùm apprehenſione. Tertiò facit ratio, quoniam in pœnis mitior pars ſemper eſt accipienda. l. ſi præſes. ḹ. de pœnis. cum ſimil. Et hanc ſententiam omnes ferè ſcribentes ſequuntur, & refert Bartolom. Caſſaneus in compendio ſuo de conſtitutionibus Burgundiæ, in tit. j. §. j. in ver. *Aduenues & trouees.* Num primo, quòd dum Mediolani aſſeſſorẽ ageret eo tẽpore, quo Galliarum Rex domininabatur illi ciuitati, & quidã inquiſitus fuerat, eò quòd arma geſtauerat contra Regia edicta, ac teſtibus conuictus, defendebatur nihilominùs ex ſuprà dictis Doctorum deciſionibus: Sicque iudicatum fuiſſe refert illum in ſtatuti pœnam non incidiſſe. Ac propterea, vt eodem in loco commemorat Carolus de Ambaſia Regius Locumtenens tum temporis ad tollendas iſtas diſputationes iuſsit vt in ſtatuto adderetur, ſi inuẽtus fuerit, vel
162 per tres teſtes cõuictus. † Aduerſam tamẽ ſententiam nonnulli arripuere. In primis Angelus ſibi contrarius in dicta l. tertia. §. Neratius. Imola. Roma. Nicol. de Neapoli. qui ad hoc ponderabat text. iuncta gloſſ. in l. prima. per gloſſ. final. C. de theſaur. libr. x. vbi

vbi volebat hanc quęſtionem reſolui ſtatuti prohibentis armorum geſtationem, vt ſufficiat ſi conuictus ſit teſtibus, quamuis apprehenſus non fuerit. Hoc idem voluit Feli.in capt.ij.colum.iiij. de reſcript.& hoc idem Aretinus ſibi contrarius in dicto §. Neratius. qui pro hac ſententia adducet textum in l. raptores.C.de raptu virgin.ibi, *Inuentus & deprehenſus*, ponderando illã copulam, ET, quæ ponitur inter diuerſa per notata in Rubrica.C.de iur.& facti ignorant. Verùm iſte tex.hanc ſententiam non probat, imò potiùs cõtrarium videtur probare, quòd ſimul copulari debeant. Adducunt etiam cap.j.de dilationibus.ad finem. dum dicitur, inuentus à iudice, qui fuit conuictus, meliùs hîc textus probat quàm ſuperior; huic quoque ſententiæ viua ratio
163 ſuccurrit. † Nam ſtatuentium mens, non autem verba ſunt inſpicienda, magis enim mens eſt inſpicienda, quàm verba.l.non aliter.§.cùm in verbo.de lega.iij. Lex etenim rebus, & non verbis eſt imponenda. l.ij.in fi.C.commu.de legat. Itaque ſi reſpicimus mentem ſtatuentium, voluerunt ij punire portantes arma contra ſua interdicta, ac

ratio illorum finalis erat, vt ſcandala, rixæ contentionesque quæ inde exoriri ſolent, id quod experientia rerum docet magiſtra, è medio tollerentur. Ideoque ſi præter voluntatem ſtatuentium fecerunt, eos vt delinquentes puniendos eſſe conſtituerunt. Hæc ratio militat ſiue quis fuerit inuentus, & appreheſus, ſiue fuerit teſtibus con-
164 uictus. † Et vbi eadem eſt ratio, vti dici ſolet, debet etiam eadem eſſe iuris diſpoſitio. l. illud. ad l. Aqui. l. fina. C. ad legem Falcid.
165 cum ſimilibus. † Hocque veriſimile eſt, quòd ſi ſtatuentes interrogati fuiſſent nùm eorum mens talis fuiſſet, vtique reſpondiſſent veriſimiliter, & ideò validum debet eſſe argumentum etiam in ſtatutis, gloſſa eſt ſingularis in ſpecie, in l. tale pactum. §. finali. per illum textum de pact. in verbo, Exceptionem. in fine, quæ communiter recipitur. Optimus tex. eſt in l. his ſolis. & ibi Bald. C. de reuocand. dona. Atque iſta interpretatio a d. huiuſmodi ius municipale per Doctores ſupradicto modo nequaquàm procedere poteſt, quia interpretatio illorum, vti à iure aliena, & abſurda
166 redarguenda foret. † Statuentes enim non debent

debent adeò abſurdè diſponere, vt diſpoſitio ipſorum tanquàm inſipida redargui poſsit. Optimus eſt text. in l. Saluius Ariſt. de legat. præſtand. cum ſimilibus. Abſurda enim videtur iſta Doctorum interpretatio. Et quòd iſta fuerit mens ſtatuẽtium, velle nimirum delinquentes punire ſiue apprehenſi, ſeu teſtibus conuicti fuerint, ac legem ita interpretandam eſſe, pluribus iuribus poſſet comprobari. In primis autem textu in §. Reuerendiſsimis. in Authen. de ſacroſanctiſsi. epiſc. & in l. ſecunda. & ibi glo. C. de cuſto. reorum. In quibus iuribus verbum, *Apprehenſus*, ſicut verbum, *Viſus*, intelligitur ſeu facto, ſeu teſtibus conuictus. Ad hoc repetentes Florentini plura iura adducunt, qui hanc ſententiã ſequun-
167 tur. † Pro cuius confirmatione accedit, quòd verba illa ad iudicem diriguntur. Iudicis verò officium eſt delinquentes conuictos caſtigare. capitul. conſtiterit. de accuſatio. & in l. congruit. de offic. præſidis. Prætereà hæc ſententia ſic confirmatur. Nam cũ de puniendis delictis tractatur, verſatur fauor publicus. l. ita vulneratus. ad l. Aquil. tunc verba legis, ſeu ſtatuti latiùs interpre-

tari debẽt,vt ſtatutũ quãquã loquatur per verbũ,inuẽtus,intelligatur etiã ſi cõuictus ex identitate rationis,quemadmodum ſu-
168 periore loco diximus. †Et quòd verba latè interpretentur,quando de fauere publico agitur,dictum eſt Bartoli in l.ſi quis in graui.§.vtrum ad S.C.Syllan.Item ſi vera eſſet Dd.ſententia,vt neceſſaria eſſet apprehenſio,hoc modo facilè homines inuitarentur ad delinquendum,quod non eſt dicendum,quoniam hoc eſſet contra mentem legiſlatoris arg.l.conuenire.de pact. dotalib. in l.fin.C.de pact.in l.ſi vnus.§.illud.& §. pactum.de pactis. Facit etiam, quia ob hãc interpretationem facilè fraus in legem cõmitteretur, quod nullo modo dicendum eſt,ideò verba latè interpretari debent.c.ſi ciuitas.& ibi notat.de ſenten.excommu.in vj.bonus eſt tex.in l.ſed Iulianus.§.in mutui. ad S.C. Macedonia. Et hanc ſententiam defendẽdo,quæ non ſolùm in puncto iuris verior eſt,verùm etiam conſulendo, & iudicando,& ſi mihi caſus contingeret, ita iudicarẽ,atq; cõſulerem,quicquid dicat hîc Iaſon in cõtrarium,non eſſe recedendũ.
169 †Non obſtant ſuprà adducta.Primò text. in l.

in l.ſi Barſatoram.in qua lege tota vis conſiſtit, reſpondetur enim ad illum textum primò vt Dd.hîc dicunt, ac Iaſon refert, quòd ibi ſumus in caſu, in quo præmium pollicitum fuiſſet Decurioni promittenti famoſum latronem inuenire, meritò vt ibidem dicitur ad hoc vt conſequatur præmium illud, debet in iudicio exhibere. Hæc reſpõſio eſt merè diuinatoria, cùm nullum verbum ibi de præmij promiſsione ſit poſitum. Ideoque vt diuinatiua eſt reijcienda. argum.l.ſi putator.ad l.Aquil.& in Auth. de teſta.imper.ibi, Nobis. Item non conueniret titulo, ſub quo lex illa collocata eſt, cùm de fideiuſſoribus loquatur. Secundò reſpondetur, quòd ideò in d.l.ſi Barſatoram.neceſſe eſt vt magiſtratibus exhibeatur, nec ſufficiat inuenire, quia abſque apprehẽſione magiſtratus nõ potuiſſet in illũ animaduertere, ſecus in caſu noſtri ſtatuti, quandoquidem enim teſtibus conuictus erat, quamuis non fuerit apprehenſus, potuiſſet cõdemnari: & ita Iaſon hîc dicit, ſed ante eum Dd. quoque tradiderunt. Et iſte intellectus, ſi quis diligẽtiùs rem inſpiciat, gloſſæ inibi fuit. Atque hæc ſatis bona ſolu-

171 tamen adducendo.† Quarto loco tu potes reſpõdere, quòd textus ille Doctorum ſententiam non probat. Nam ideò ibi talis promiſsio neceſſariò requirit apprehẽſionem quoniam talis caſus eſt in illa lege: Liſanias ille decurio pro Barſatora latrone fideiuſſerat illum ſiſti in iudicio, ob id cùm ex fideiuſsione obligatus fuiſſet, meritò lex imponit ibi neceſsitatem, vt illum in iudicio exhibeat, & nõ ſufficit inueniſſe. Iſtum intellectum probat ibi textus dum dicit, *exhibere compellendus eſt*. Non enim fuit ibi promiſſum aliquid, quia ipſo non compelleretur niſi ex propria ſua voluntate. Sed illa verba, compellendus eſt, expreſſam denotãt neceſsitatem, quæ ex ipſi⁹ fideiuſsione pro illo latrone facta cauſatur. Neque obſtat ſi quis obijciat ibi nullum verbum eſſe de fideiuſsione, nam reſpondeo, neceſſario ſic intelligi debere vt lex conueniat cum Rubro, ſub quo collocatata eſt. Et in eodem titulo apparet etiam de ſimili obligatione facta magiſtratibus aliquẽ ſiſti in iudicio: vt eſt textus in l. ſancimus. C. de fideiuſſori.

Tertia concluſio, quæ ex dictis Bartoli
172 colligitur, eſt † quòd per traditionem cla-

uiũ cẽſetur tradita poſſeſsio merciũ,ſi ſciat locũ determinatũ ille,cui tradũtur claues. Ita Bar.hîc intelligebat tex.in d.l.clauibus
173 propter text.in §.Neratius.† Alexã.verò Bar.hîc redarguit,nimiſque eũ voluiſſe reſtringere textũ incuſat,in d.l.clauibus.qui dũtaxat cõſiderat,ſi claues tradantur iuxta horrea,id quod etiam probare videtur tex. in lege noſtra.§.ſi iuſſerim.Ad tex.in dicto §.Neratius.reſpondebat Alex.textum loqui de rebus,quæ per inuentionem quęrun tur,in d.Authen.l.clauibus.de rebus quæ acquiruntur per occupationem. Seiſellus hîc aliter reſpondebat,cuius reſponſionem noſtri hîc approbant,aliud nimirum eſſe in fundo, aliud in domo.Nam in domo facilius eſt inquirere,ac inuenire,quàm in fundo,quoniam totum oportet euertere fun-
174 dum,ſi quis inuenire velit theſaurũ. † Iſta reſponſio ſi quis mẽtem Bartoli intueatur non eſt diuerſa,quia Bart.hoc idem voluit. Etenim merces ſunt in loco determinato, licet ſint loca diuerſa in domo,& in illo loco certo videntur eſſe merces , theſaurus verò in qualibet fundi parte abſconditus eſt,vt vix per diligentem inquiſitorem reperiri

riri

riri poſsit. argumen. dict.§. Nerua filius. Apparet ergo emptorem ſcire locum determinatum. Quarta concluſio Barto-
175 eſt,† vt per traditionem clauium poſſeſsio ita demum transferatur,ſi traditæ fuerint claues in re præſenti iuxta horrea,ita in d. l.clauibus.apertè dicitur,dùm conditionaliter I. C. loquitur,*Si apud horrea*.&c.& ita glo.ibi voluit.Eodem modo Alex.damnabat Bart.quod iſta eſſet nimia reſtrictio ad d.l.clauibus.primò quoniam text.in d. §.ſi iuſſerim. idem dicit ſimpliciter,& non conditionaliter, vt traditis clauibus cellæ vinariæ,vina quoque pro traditis habeantur:ſecundò quia aliàs nullum eſſet ſpeciale in traditione clauium,ſi in re præſenti,& iuxta horrea:quoniam aſpectus abſque cla-
176 uium traditione hoc operatur.† DD.hîc, vt per Iaſon.& Claudium à Seiſelo cōmuniter tenent ſententiam Bartoli,de qua ex preſſe conſtat in dicta l.clauibus.dum dicit textus ibi: *ſi apud horrea* &c.& intelligerē prout Alexan.intelligebat, ſi apud horrea id eſt,ſi in proximo loco.per l.penes.& l.a-
177 pud.de verborum ſignificat.† Iſte intellectus ad d.l.clauibus. tollitur per d.text.ibi

dum dicit, & ſi non aperuerit horrea, quæ verba manifeſtè denotant rei præſentiam, & non loci proximitatem. Et ita tenendo non obſtat textus in dicto §. ſi iuſſerim. in fine. Quia reſpondetur, quòd text. ille, quamuis indiſtinctè loquatur, intelligi tamen debeat ſecundum dictam l. Clauibus. Quia per vnicam legem diſtinguentem plures leges ita interpretari debent, quantumuis ſimpliciter loquantur. Nam vna lex aliam declarat iuribus vulgarib. Nec obſtat, quòd non operaretur quid traditio clauium, quinimò operatur, nam etiamſi non inſpiciantur merces reconditæ in horreo, earum tamen transfertur poſſeſsio abſque traditione, & adprehenſione, dummodo clauium interueniat traditio.

178 † Veruntamen ſi quis contrarium maluerit amplecti, videtur contra hanc communem ſententiam ad dictam l. clauibus. obſtare textus in l. prima. C. de donationibus: vbi per traditionem inſtrumentorum venditionis trãſfertur poſſeſsio, nec tamen inibi diſtinguitur, quo loco facta fuerit inſtrumentorum traditio, num in præſentia

tia rerum, nec ne. Secundò refragari videtur ratio. Nam certum eſt, quòd cùm poſſeſsio poſteaquàm acquiſita eſt, animo tantùm retineatur. dicta l. licet, & alijs iuribus. ideò ſolo animo amittitur. d. l. ſi quis id quod. §. finali. in l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. cum l. ſequenti. infrà eodem. Verùm ſicuti per conſtitutum, ac alios modos amittit quis poſſeſsionem. dicta l. quod meo. in principio. & per traditionem inſtrumentorum vt dictum eſt, eò quia in talibns caſibus conſtat poſſeſſorem velle deſinere poſsidere, ac alium cõſtituere poſſeſſorem. dicta l. quod meo. Similiter dicendum videtur quòd per traditionem clauium nulla habita loci ratione quis velit deſinere poſsidere, cũ eadem ratio videatur ineſſe, idcirco idẽ ius erit ſtatuendum. l. illud. ad l. Aquiliam, cum ſimilibus. Sed hoc tamen vobis cogitandum relinquo, quia textus videtur eſſe contrarius in d. l. clauibus. Notandum eſt tamen, quòd licèt clauium traditio operetur tranſlationem poſſeſsionis, hoc verũ eſt, ſi animo transferendæ poſſeſsionis præ-
179 cedente titulo † claues traditæ ſint: ſecus vero ſi tantùm cauſſa cuſtodiæ: quia tunc

poſſeſsio non tranſferretur,vt patet in.l.cū
pater.§.pater pluribus.& ibi Bart.de lega.
ij.atque in hac materia,an & quando,ac
quibus modis acquiratur poſſeſsio,ſtatues
180 regulam cum ſuis limitationib.† Regula
hæc eſt,duo ſunt neceſſaria in acquirenda
poſſeſsione , videlicèt animus , & corpus,
quemadmodum etiam in principio dixi-
mus.d.l.iij.in princ.& in §.in amittenda.&
in.l.quemadmodum.j.eod.& d.l.nemo.C.
eod.Hæc verò regula plures exceptiones,
ſeu limitationes admittit, quarum gloſſa
ſex enumerat.caſus eſt in d.l.iij.Aliquādo
nos in antiquis noſtris ſcriptis plures recen
181 ſuimus.Prima limitatio ſit † oculis,& aſpe
ctu acquiri poſſeſsionem abſque naturali
apprehenſione.d.§.ſi iuſſerim.& dicto §.ſi
venditorem.Hoc intelligendum eſt, ſi vtri-
uſque partis affectus concurrat, tradentis
pariter,atque accipientis.Et ad hunc mo-
dum ſuprà dicta iura communiter intelli-
182 guntur. Altera limitatio † eſt,vt proximè
diximus,per traditionem clauium tranſfer
ri poſſeſsionem.d.l. clauib.intelligendo il-
lam , quemadmodum anteà dictum eſt .
183 † Tertia limitatio eſt,per inſtrumentorum
ven-

138.A.6

INDEX MATERIARVM IN HIS COMMENTARIIS CONtentarum ordine Alphabetico digeſtus.

A

ANimus, & corporis actus in acquirẽda poſſeßione requiruntur. nu. 1. fo. 55.

Animus in poſſeßione requiſitus quomodo à Doctori. accipiatur. ibid. nu. 2.

Author nouiter declarat, & DD. ſententias reconciliat. n. 3 fo. 56.

Ars, & natura nihil fruſtra operatur. n. 30. fo. 92.

Argumentum ab etymologia, ſeu alluſione vocabuli validum eſt. n. 15. fo. 69.

Argumentum à contrario ſenſu non habet locum in ſtatutis. n. 21. fo. 24.

B

Bellum quando dicatur. n. 29. fo. 91.

Bellum à Principe indictum abſque iuſta cauſa iuſtum nõ iudicatur, vbi author Panormitani, & Aretini tenet ſententiã. n. 30. fo. 91.

Bona effici capientium ſi capiantur in proprio vel hoſtium territorio, ſecus ſi in alieno. n. 31. fo. 93.

Bona effici capientium, ſiue in proprio ſiue in alieno dominio capta fuerint: ſecundum Ioã. Riccium. nu. 32. fo. 93.

Bona quemadmodum olim, ita nunc quoque in quibuſdam caſibus remanere communia. n. 20. fo. 72.

C

Capta in bello efficiuntur capientiũ. n. 23. fo. 82.

Prima authoris declaratio ad regulam prædictam. ibid. n. 24.

Secunda declaratio. ibid. n. 25.

Tertia declaratio. ibid. n. 26. fo. 83.

Noua authoris ſententia ad tertiam declarationem. n. 27. fo. 84.

Quarta declaratio. n. 28. fo. 91.

Corporalis poſſeſsio duos effectus parit. n. 139. fo. 212.

Conuentiones initæ inter fratres de non diuidendis bonis perpetuo vel inter ſocios initæ, non valent. n. 18. fo. 70.

Contrariorum eandem eſſe diſciplinam, qualiter accipiendũ: & in quibus. n. 13. cum ſeq. fo. 16.

Correlatiuorum eadem ratio. nu. 19. fo. 22.

Domin

D

Dominium quid. nu.1.& ſeq.fo.4.

Dominium quotuplex. n.5. & ſeq.fo.9.

Dominia iure gentium primæuo non erant diſtincta.n.16 fo.68.

Rationes quamobrem dominia hodie diſtincta ſint. n.17.fo.69.

Errant DD.omnes aſſerentes dominia eſſe de iure gentium ſecundario.n.18.fo.70.

F

Fictio idem operatur in caſu ficto, quod veritas in caſu vero.n.8 fo.63.

Fundus præſcribit, quamuis ſit res inanimata. n.142.fo.214.

Ideo libellum concipi poſſe in actione confeſſoria & negatoria nomine feudi, licet etiam concipi poßit in perſonam domini. ibid. n.143.

G

Gemmæ & Margaritæ differunt. n.34 fo.96.

Gēmæ, Lapilli, & Margaritæ in littore maris repertæ inuentoris efficiuntur, quod tamen varijs modis declaratur. n.43. fo.100.

Prima declaratio quando nihil in eis artificij apparet, ſed duntaxat ſola natura.ibi.n.44.

Secunda declaratio ponitur aliud eſſe ſi in priuatorum ſedibus reperiantur.ibid.n.45.

Tertia declaratio noua per authorem ponitur, ſecus nimirùm fore, ſi in montibus reperiantur n.46.fo.101.

Gemmarum, ac lapillorum inuentio non ſufficit quoad poſſeſsionem.n.47.fo.102.

I

Inſula maris occupantis efficitur, & quicquid in ea ædificatur, liberum eſt ab omni iuriſdictione, ideòque Venetiarum ciuitas, quæ in mari ædificata eſt, ab omni iuriſdictione eſt exempta. n.33. fo.95.

Ius naturale duplex eſt, primæuum & ſecundarium: Item duplex eſt ius gentium, vt DD. omnes tradunt.n. 79.fo.142.

Videtur verius quod vnicum ſit ius gentium. n. 80.fo.143.

Intellectus l.ex facto. de vulg. & pupill. nu. 27. fo. 33.

Intellectus l. foramen. de ſeruit.vrb.præd. cum alijs,nu.146.fo.216.

Intellectus l.maximum vitium. C.de liber. præterit.n.23.fo.26.

Intellectus l.nemo ambigit.C.eod.n.150.fo.218.

Intellectus l.proſp[illegible] qui & à quib.n. 24.fo.28.

In Iurib. realibus incorporalibus naturalis poſſeſsio conſideratur quod ad effectum retentionis.

onis.n.149.fo.218.

Intellectus nouus, & verus ad l. 3. §. genera. eod. tit. ab authore traditur.

Intellectus nouus ad l. raptores. C. de Epiſc. & Cler.n.108.fo.191.

L

Lapillus varijs modis accipitur. n.35.fo.96.

Inquiſitio facta an Titius percuſſerit Caium lapillo, non valet, tanquàm incerta, vt Florentiæ aliàs contigit. nu.36.fo.96.

Libellus etiam alternatiuus procedit, dummodo concludat. n.40.fo.98.

M

Modus quærendi per inuentionem, intelligitur per occupationem. n.156.fo.224.

N

Naturalis poſſeſsio an amittatur per abſentiam cùm quis rem detinere deſiſtat plures reperiuntur DD. ſententiæ. n.82. fo. 146.

Si res eſt in præſenti vel loco proximo, his duob. caſibus abſens retinet naturalem poſſeſsionem ibid.n.83.

Iſta tamen concluſio ſic ſimpliciter à DD. poſita non videtur procedere, vt declaratur. ibid. n.84.fo.147.

Secunda Bartoli ſententia eſt poſt gloſſam quòd

quando poſſeſsio naturalis non eſt vnita cū ciuili retineri poteſt, ſecus verò ſi vnica ſit nu.85.fo.148.

Iaſon contra prædictam concluſionem ſolus op ponit cuius argumenta fuerunt Aretini & Sozini nu.86.ſo.148.

Communis tamen D.D.ſententia ab obiectionibus Iaſonis defenditur.ibid.numero.87.folio. 150.

Tertia co cluſio colligitur quæ ratio ſit cur poſſeſsio naturalis non retineatur vnita cum ciuili.nu.88.fo.151.

Sozinus verò aliam rationem aſsignabat, à qua tamen Iaſon recedit.ibid.nu.89.

Naturalis poſſeſsionis definitio.numero.133.folio. 208.

Ex definitione manifeſtum eſt, non immutari ſubſtantiam in perſona Emphitheotæ, Feudatarij, cæteriſque perſonis. ibidem, numer. 134.

Naturalis poſſeſsio conſiderari poteſt, quantum ad effectum retentionis, quemadmodum in perſonalibus iuribus naturalis poſſeſsio ponit effectum retentionis inter alios, ſic etiam fundus retinet hanc eandem poſſeſsionem, quemadmodum & aqua ſemper defluens.

nume.141.fo.213.

P

Princeps non poteſt auferre dominium, & quam ob cauſſam non poßit auferre dominium, ratio traditur. nu.19.fo.7.

Principes vtrum poßint nec ne prohibere vaſallos ſuos venari, aucupari, &c. numer.21. folio.72.

Naturalis ſola poſſeßio non parit effectum vſucapionis. nu.151.fo.219.

Non requiri animum alicuius in quaſi poſſeßione, ſed tantummodo ſola poſſeßio naturalis hoc operatur, atque ita Bartolus exiſtimauit. ibid. nu.152.

Bartoli ſententiam à nonnullorum obiectionibus auctor noſter defendit. ibidem. num.153. folio.220.

Poſſeßio vndenam appellata fuerit, vtrumne a pedibus, an vero a ſedibus: Qua in re Doctorum antiquorum ſententiam aduerſus Alciatum, & quoſdam alios recentiores Doctores author noſter tuetur. numer. 4 fo.60.

Veruntamen Pandectæ Florentinæ de hac ſupraſcripta re rectiùs loquuntur. nume. 5 folio.62.

Alciati vera, & genuina ſententia ad textum noſtrum. ibid. n. 6.

Poſſeßio quam ob cauſam potiùs à pedibus denominata ſit, quàm ab alio quopiam actu corporeo appellata fuerit. n. 11 fo. 65.

Baldi ratio ab nonnullorum obiectionibus defendi, & tueri poteſt. n. 7 fo. 63.

Caſtrenſis rurſus aliam rationem aßignabat, quæ tamen vſque adeo valida, & tuta videtur. n. 9 fo 64.

Noua & vera traditur ratio. n. 14 fo. 67.

Poſſeſſio quam ob cauſam potiùs à corpore fuerit denominata, quàm ab animo, Doctores *inuoluunt. n. 11. fo. 65.*

Prima ratio eſt Caſtrenſis quemadmodum hoc in loco per eum, quem tamen Iaſon perperàm reprehendit. ibid. n. 12.

Florentinorum recentiorum ſententiam non benè intelligi à Peruſinis, ab authore noſtro defenditur. n. 13 fo. 66.

Noua ratio ab authore traditur. n. 14. fo. 67.

Poſſeßio propriè locum habet in mobilibus ſecundum communem DD. *ſententiam. n. 49 fo. 103.*

Ideóque diſputatio hodie locum non habet per Pandectas Florentinas. n. 50. fo. 104.

Teſtator

Teſtator ſi legat poſſeſsiones ſuas, vel poſſeſsionē rerum ſuarum, vtrum contineantur mobilia. nu. 51. fo. 105.

Quidam inter quos eſt Cynus, Petrus, & alij dixerunt non contineri mobilia, propter cõmunem vſum loquendi. Author verò non ſolùm ex communi vſu loquendi, verumetiā ex proprietate vocabuli dicit contineri. nu. 52. fo. 105.

Poſſeſsio vtrum iuris ſit vel facti apud DD. ardua, & perquam difficilis quæſtio eſt. nu. 53 fo. 107.

Quam quæſtionem author in vtramque partem diſputat. n. 54. fo. 107.

Poſſeſsio quotuplex ſit, variæ. DD. ſententiæ fuerũt, quæ quidem quæſtio ſubtiliſsima eſt. nu. 96. fo. 164.

Prima ſentẽtia Azonis fuit, ſcilicèt vnicam eſſe ciuilem poſſeſſionem, in ſubſtantia nihil à naturali differre, præterquàm in nomine & qualitatibus, cuius ſententia à Socino, Ticinenſibus, & Friburgenſibus, nec non & à Gallis probatur. nu. 97. fo. 165.

Prædicta author in vtramq; partem diſputat. nu. 98. fo. 165.

Secunda ſententia fuit Ioannis, Cui Bartolus,

Accurſius cæterique. DD. communiter ad ſtipulantur, quod imò duplex ſit poſſeſſio, naturalis, & ciuilis. nu. 100. fo. 172.

Nouæ rationes traditæ ab authore pro ſententia communi. nu. 103. fo. 175.

Authoris noua concordia tradita, quod poſſeſſio duplex ſit, vel vnica, ex qua omnes diſputationes ceſſare videntur. nu. 104. fo. 180.

Bartoli ſententia à DD. nō recipitur vt triplex nimirum ſit poſſeſſio, idque author pluribus modis probat. nu. 105. fo. 183.

Poſſeſſio quæ à DD. ciuiliſſima appellatur perperàm & abſque vlla ratione ponitur, ſicuti author viuis rationib. oſtēdit. n. 106 fo. 187.

Neque ſtatuto, neque conſuetudine quarta poſſeſſionis ſpecies probatur. nu. 107. fo. 189.

Quoniam Bartolus in fine dicitur triplicem poſuiſſe poſſeſſionis ſpeciem gratia commodioris doctrinæ ſibimet contradicere videtur. n. 138. fo. 211.

Vtrum in quaſi poſſeſſione iurium corporalium non perſonalium poſſit conſiderari duplex poſſeſſio naturalis, & ciuilis. nu. 140. fo. 212.

Bartolus voluit in quaſi poſſeſſione ciuili requiri animum, & domini ſcientiam, in alijs autem ſibi contrarius fuit. n. 147. fo. 216.

Verum

Veruntamen meliùs hoc in loco ſenſit, quàm in alijs prædictis locis, quemadmodum author dicit. n.148. fo.217.

Poſſeßio quomodo acquiratur in exemplis textus noſtri, vtrùm ex ſolo aſpectu, an verò etiam apprehenſione, maxima doctorum eſt diſceptatio. nu.164. fo.230.

Regula eſt, vt poſſeßio acquiratur abſque apprehenſione, quæ plures exceptiones patitur. n. 180. fo.240.

Prima eſt, oculis & aſpectu acquiri poſſeßionem abſque naturali apprehenſione. ibid. n. 181.

Secunda exceptio eſt, per traditionem clauium. ibid n.182.

Tertia exceptio eſt per traditionem inſtrumentorum. ibid. n. 183.

Quarta eſt per clauſulam conſtituti, & quod hoc caſu vera poſſeſſio tranſferatur differtur. n.184. fo.241.

Author negat veram poſſeßionem transferri ſed fictam. ibid n.185.

Quinta eſt exceptio propter cuſtodis acquiſitionem. n.186. fo.242.

Vltra prædictas exceptiones ab Accurſio, & alijs traditas, author plureis caſus ſubiun-

git.nu.187.fo.243.

Primus caſus ſit inueſtitura feudi, per impoſitionem pilei, vel annuli dationem. ibid.n.188.

Secundus caſus quando res venirent in quandam conſuetudinem.n.189.fo.244.

Tertius ſi conſuetudo vel ius municipale ſic cōſtituerit, vt poſſeſsio transferretur.n.190.fo.244.

Quartus per retentionem rei mihi poſteà traditæ & donatæ.nu.191.fo.244.

Quintus eſt propter ſigilli vel ſigni appoſitionem.n.192.fo.244.

Sextus eſt, ſi princeps alicui feudum aliquod per modum legis ſcilicèt cum plenitudine poteſtatis ſuæ contuliſſet. Quanquàm Doctores ita voluerint, vt tamen Zaſius ac alij dicunt, per iſta verba: Aſsignamus tibi feudum, non transfertur poſſeſsio facti ibid.nu.193.fo.246.

Vltimus caſus ſit in iuribus incorporalibus veluti in iure eligendi, præſcribendi iuriſdictionem, & ſimilibus.194.fo.248.

Q

Quæ differunt per plus & minus, non conſtituunt differentiam. Quod procedit, quando proueniūt ex facto hominis, ſecus verò vbi in iure

in iure differunt. n.135.fo.209.

S

Statutum puniens inuentum tempore nocturno cum armis, intelligitur ſi apprehendatur. n.48.fo.103.

Seruitutes habentes cauſam continuam tempore præſc. ibi non poſſe. nu. 144.fo.215.

Seruitutes quando dicantur habere cauſam continuam, & quando diſcontinuam Doctores exemplis declarant in aquæductu nimirum, ſtillicidio & ſimilibus. Veruntamẽ huiuſmodi exempla rem ſatis non explicãt, ideò author meliùs declarat. nu. 145. fo. 216.

T

Theſaurus non acquiritur abſque apprehenſione. nu.155.fo.223.

Teſtes non plenè probant aſſerentes Titium mulierem violenter cognouiſſe, cùm id & actiuè & paſſiuè intelligi poſſit. n. 37.fo.97.

V

Venenum ſimpliciter prolatum non neceſſariò concludit, ideoquè inquiſitio facta non valeret. n. 38 fo.97.

Authoris circa prædicta ſententia. n.39.fo. 97.

Venenum quamuis accipiatur varijs modis attamen ſecundum vſum communem loquẽ-

di accipitur pro malo.n.41.fo.98.

Verba ſemper intelligi debent, prout veriſimile eſt.n.42.fo.99.

Verbum inuenire, intelligi debet cum effectu. ſcil.cum apprehenſione.nu.155.fo 223.

Vſufructuarius naturaliter poßidet propterea quocunque vadat poſſeßionem naturaliter retinet.n.92.fo.153.

In hac tamẽ quæſtione Doctores ancipites fuẽre,idcirco illam author in vtramque partẽ diſputat.n.93.fo.154.

Pro parte affirmatiua vſuf. uctuarium naturaliter poßidere plura adducunt .r.ibi.n.94.

Nouißimẽ quoque rationibus quibuſdam confunditur.n.95.fo.163.

Vſufructuarius, & feudatarius iure vſusfructus, & feudi ſecundum Bartoli ſententiam præſcribere poſſunt.nu.136.fo.210.

Quod dictum intelligi debet, ne domini illos expellere poßint, ſed propterea liberantur à domini recognitione.n.137.fo.211.

FINIS.

13.8.A.6 248

ditionis traditionem transfertur quoque
184 poſſeſsio.d.l.j.C.de don. Quarta eſt,† Per clauſulam conſtituti transfertur poſſeſsio, quando quis conſtituit ſe alterius nomine poſsidere, vt eſt caſus in d.l.quod meo.in princ. Ac propterea periti notarij,ſeu tabelliones nunquam non in inſtrumento venditionis,& ſimilium iſtam clauſulam apponunt,quæ magnos parit effectus. Et hoc caſu introducitur vera poſſeſsio.l.certè. in prin.§.j.ff.de precario.ibi,*proprie habere di*
185 *citur.* † Quod nunquam mihi placuit,vt ſcilicèt per hunc modum introducatur vera poſſeſsio, imò vera ficta introducitur, vti verba mihi per I.c.relata innuere videntur. Quòd autem vera poſſeſsio introduci non poſſit, ratione quæ infringi non poteſt, moueor. Etenim Coruus Cygnũ parere non poteſt,nec contrà.& quòd cauſatum debeat eiuſdem eſſe naturæ, cuius eſt cauſſa,tex.habetur in.l.manumiſsiones. de iuſtit.& iure.& in l.quò minus,& ibi aliàs dixi de fluminib.Sed modus conſtituti fi-

morata.l.quod meo.nam poſſeſsio naturalis non acquiritur niſi naturalis accedat apprehenſio; lege noſtra in principio cum alijs.& dicto §. Neratius. Ergo vbicunque naturalis apprehenſio non interuenerit,& lex inducat acquiſitionem poſſeſsionis,neceſſe eſt,vt hoc per fictionem legis contingat.Huic impedimento non eſt text.in d.l. certè.§.j.ibi, *Proprie habere*,vel ſecundum Pand.Florentinas haberé propriè dicar.Illa verba oſtendunt non eſſe propriam acquiſitionem ſed per fictionem quandam ac in eius vtilitatem,cuius interim actus geritur.nam text.ibi dicit,quòd ſi procurator me mãdate,vel ratũ habẽte precario rogauerit,propriè habere dicar,& tamẽ in illis caſibus eſt per fictionẽ legis,& nõ proprie:nam qui aliquid mãdat facere,propriè facere nõ dicitur.l.j.§.deieciſſe.cum vul.j.de vi & vi armata. Hocque vtile eſſet propter iura municipalia,quæ propriè ſunt intelligenda. l.iij.§.hæc verba.de nego.geſtis.& ibi Bart.
186 & in.l.j.§.hoc interdictum.de fõte.†Quinta limitatio eſt propter cuſtodis appoſitionem,vt j.eod.l.quarundam,verùm enim vero iſte caſus propter cuſtodis appoſitionẽ ſpecialis non videtur,ibi nanque ſola cu-

ſtodia non operatur, verùm rei præſentia, vt mihi tex.ſentit, quamuis etiam conſideret cuſtodiæ appoſitionem, ſat eſt, quod textus ibi duo requirere videtur, licet DD. pertranſeant. Sexta limitatio eſt, ſi aliquis vſumfructum ſibi retineret rei venditæ, vel donatæ. Nam iſto caſu poſſeſsio transfer-
187 tur in ipſum emptorem, vel donatarium. l. quiſquis. C. de donatio. † An etiam extra iſtos caſus per gloſ. enumeratos in d.l.iij.
188 alij caſus reperiantur. † Et primò quærendum eſt, vtrum feudi inueſtitura per impoſitionem pilei, vel annuli dationem transferatur poſſeſsio feudi. Imò d.l.iij. dicitur, *Quod non*: quoniã nõ reperitur iure cautũ, vt præter iſtos caſus, & ſimiles ſupradictos intelligatur tranſlata poſſeſsio, niſi conſuetudo aliud introduceret: adducit notata in c.ij. de conſue. & not. per Inn. in c. ex literis. de reſti. ſpolia. & ita Alex. dicit in d.l.iij. col. iij. addendo gloſ. j. in c. auctoritate. de inſtitu. veruntamen fatetur ibi Alex. quòd ſi in

Septima limitatio eſt in l.ſi adoptauero.de precario.per quem textus inferebat Car
189 din. † Quòd monaſterium in quandam cõſequentiam videbatur poſsidere eas res, quas ingreſſus illud monaſteriũ prius poſſidebat. Etenim ſi adoptauero aliquem,qui res aliquas poſſediſſet, in mei perſonam transfertur poſſeſsio rerum per adoptatũ
190 poſſeſſarum. † Octaua limitatio conſiderari poteſt,ſi cõſuetudo vel ius municipale ita ſtatueret,vt poſſeſsio transferretur.d.c. ex literis.de conſuetu.qui tex.originem traxit à d.l.iij.in prin.¶.eo.quo in loco dicitur, eum qui fundi partem tangit,perinde vide-
191 ri ac ſi totũ fundum tetigiſſet &c.† Nona limitatio eſt,quòd ſi haberem detentationem rei,exempli gratia, eſſem depoſitarius,vel alia ratione detinerem,rem ac domi nus rei mihi depoſitario rem donaſſet.trãſ ferretur tum poſſeſsio in meam perſonam ob domini voluntatem,& quaſi breui manu,arg.l.ſingularia.Si cert.peta.ita DD.dicunt in.l.certi condictio.§.fin.& ibi Barto. ſi cert.petat. facit etiam tex.in l.qua ratione.§.interdum.ſ.tit.prox.vbi dominiũ trãſ fertur abſque traditione. Intellige tamen hanc limitationem veram eſſe, ſi dominus

rei

rei ſciret illam rem penes depoſitariũ eſſe, ſecus verò ſi ignoraſſet, nã tunc non tranſferretur. ita Roma. dicebat in d. §. fin. adducendo glo. ſingula. in l. quædam mulier. de rei vendic. Iaſon allegabat ad hoc textum
192 in l. ij. j. cod. tit. noſtro. †Decima limitatio eſt, propter ſigilli vel ſigni appoſitionẽ, exempli gratia, vendidi tibi trabes, aut ſimile quidpiam, emptor appoſuit ſuum ſignũ vel ſigillum, iſto caſu transferetur poſſeſſio rei in ipſum emptorem propter illius ſigni additionem. Ita DD. tradidere in d. l. iij. in prin. adducendo tex. in l. quod ſi neque. §. fin. iuncta glo. de peri. & commo. rei vend. vbi dicitur, quod ſi emptor trabes veditas ſignaret, illas haberi pro traditis. Verùm hæc non videtur limitatio, vt propter ſignum vel ſigillum transferatur poſſeſsio. nam ſi emptor appoſuit ſigillum, rẽ inſpexit, quo caſu propter rei præſentiam, vt iam ſæpe dictum eſt, poſſeſsio transfertur d. §. ſi iuſſerim. & d. §. ſi venditorem. Iaſon

bus corporeis,non itidem in materia liquida,quæ fluere poſſet,vt puta in vino,oleo, ac ſimilibus ſignum enim tum per emptorem appoſitum nõ operatur prediĉtarum rerum traditionem.ita eſt tex.in l.j.in.§.ſi dolium.eodem.tittulo.de periculo.& commodo reivenditæ, qui textus ex diametro diĉta l.quod ſi neque.§.finali.& ibi Accurtius. hunc in modum hæc iura ſibi inuicem cõtraria conciliabat,videtur repugnare.nam text.in d.§.ſi dolium dicit,quòd ſignum apponatur, ne aliquid ſubmitatur. ſed aliter textus ſecundum Pandeĉtas Florentinas legitur,quæ habent,ne quid ſub-
193 mutetur. †Vndecima limitatio conſiderari poteſt,ſi princeps alicui contuliſſet feudum per modum legis,hoc eſt cum plenitudine ſuæ poteſtatis:quia tunc ille in quem collatum eſt feudum,verus efficeretur poſſeſſor abſque naturali apprehenſione:cum princeps ſit lex animata in terris, authenti. de conſul.§.fin.ita dicebat Zaſius in diĉta l. tertia in principio colum.iiij.verſi.addite. Nihil ipſe adducebat,ſed facit optime diĉtum Bal di in præludijs feudorum colum. 10.quòd eo ipſo quòd princeps donat,vel tradit, transfert dominium, neque alia traditio

traditio vel poſſeſsio requiritur adducit textus in l.bene à Zenone.C.de quadrien. preſcrip.Alexand.hoc idem dicit in conſilio.348.incip. in cauſa & lite.colum.vltima libr.ſecundo.Hoc idem dicit Bald.in capit. audientiam.de præſcrip.per illum textum. Et idem dixit notabiliter in capitu. primo quid ſit inueſtitura.Quod ſi papa vel princeps dicat aſsignamus tibi tale oppidum cum plenitudine iuris vel per alia huiuſmodi verba non eſt neceſſaria. Poſſeſsio facti. Vtrum autem caſus iſte verus ſit, videbis Iaſonem in l.quoties.C.de rei vendica.col. ij.& ſeq. Aliquando conſului contrarium in hac ſpecie ſuper feudo, conſuetudo tamen in contrarium eſt.Et ita etiam Zaſius dicit in prælegato loco ſe non potuiſſe obtinere in facto corā paribus curiæ Cæſareę maieſtatis. Et circa hanc limitationem multum refert, vtrum vera ſit,nec ne.Etenim ſi transfertur poſſeſsio,ſequitur quòd ſi princeps alium de feudo inueſtiret,ac tranſla-

ne quamuis princeps poſtea ad intereſſe teneatur.

194 † Duodecima & vltima limitatio ſit in iuribus incorporalibus. Exempli gratia, in iure eligendi, præſcribendi, iuriſdictionem exercendi, & in ſimilibus. Nam etiam ſi ius corporale non interueniat, tranſferretur, tamen poſſeſsio, nihil ſecius. Ita eleganter voluit Innocentius in capitulo. cùm M. columna tertia. depoſiti. Atque huius rei ratio manifeſta videtur, quandoquidem enim iura incorporalia propriè non poſsidentur. dicta l. tertia cum ſimilibus. l. ſequitur. §. ſi viam. infra titulo proximo. Ideò non neceſſe eſt, vt naturalis apprehenſio interuenire debeat. Nam lex in huiuſmodi caſibus facile concedi poſſeſsionis tranſlationē, abſque vlla apprehenſione naturali.

Plures aliàs limitationes, poſſem ſubnectere, veruntamen hiſce contentus ad laudem Dei omnipotentis, hanc legi in principio quæ difficillimā poſſeſsionis materiam continet, & in qua non pauci Doctorum errores, id quod pace ipſorum dixerim, fuerunt admiſsi, finem imponam.

FINIS.